RARISSIMI IVRECONSVLTI DOMINI PETRI ALBINIANI TRETII,

TRACTATVS AVREVS DE Pontificia potestate, de thesauro Ecclesiæ, & de confeßione, contra Lutheranos errores.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.



Venetijs apud Paulum Gerardum,
M D XLV.

PAVLVS PAPA TERTIVS.



NIVERSIS & singulis quibus hæ nostræ literæ præsentabūtur salutem & apostolicam benedictionem. Cum sicut dilectus filius Baldassar de Renis ciuis Venetus nobis nuper exponi fecit, Ipse ad communem Christi fidelium utilitatem opera quondam Petri Tretij utriusq; Iuris doctoris de Pontificis potestate, de Thesauro ecclesiæ, de confessione, & de concilio suis proprijs sumptibus imprimi facere intendat. Nos ne alij lucrum sibi ex alieno labore querentes sumpto inde exemplo eadem opera imprimi facere poßint, prouidere uolentes, eiusdem Baldassaris precibus super hoc nobis humiliter porrectis īclinati, omnibus & singulis librorum Impressoribus, ac Bibliopolis in uniuersa Christianitate constitutis sub excommunicationis, in statu uero ecclesiastico nobis mediate uel immediate subiecto commorantibus etiam sub centum ducatorum auri de Camera pro una eidem Cameræ, pro altera uero medietatibus eidem Baldaßari applicanda per contrafacientes ipso facto incurrenda pœna inhibemus, ne dicta opera intra decem annos proxime futuros sine expressa uoluntate ac licentia

dicti Baldassaris imprimere aut uendere uel uenalia habere ullo modo audeant uel presumant. Mandantes uniuersis Archiepiscopis Episcopis & Prælatis, ac in dicto statu ecclesiastico etiam Legatis uicelegatis, Gubernatoribus, & cæteris officialibus nostris, ut eidem Baldassari in præmißis fauorabiliter aßistentes presentes nostras literas ei inuiolabiliter obseruari faciāt, iuris et facti remedijs opportunis, Cōtrarijs nō obstantibus quibuscunq; uolumus insuper quod præsentium transumptis manu notarij publici subscriptis & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, plena ubiq; tam in iudicio quàm extra fides ac prorsus eadem habeatur, quæ originalibus literis haberetur si exhiberentur. Dat. Bononiæ sub Annulo Piscatoris die, V. Maij. M D X L I I I. Pontificatus nostri Anno Nono.

BEATISSIMO AC SANCTISSIMO PONTIFICI PAVLO III. PON. MAXIMO,

IO. BAPTISTA ALBINIAnus Tretius Protbonotarius Apostolicus pedum oscula.



ETRVS Trecius pater nobis optimus & Iurecõsultorũ omniũ suæ ætatis, id quod ad aures quoq; peruenisse tuas, aliquot ante annis etiã reor, sẽp id egit in suis illis studijs, summisq; laboribus, ut de Rep. Christiana supremaq; ac augustissima dignitate tua optĩe mereretur. qñ ẽt domesticis sermõibus, me fratresq; meos, qđ hodie quoq; ĩ primis memini, hortari soli

tus est .ut pro certo semper habe-
remus unum ab initio Petrum Chri
sti uoce, uniuersæ pietati christia-
næ præfectum, sic & qui Petro
perpetuo successuri forent, princi-
pes nostræ Religionis esse oporte-
re id quod tot iam sæcula, gen-
tium omnium consensus, & chri-
stianæ pietatis approbatio constan-
ter tenet, ut qui hoc iam negare au-
sit in medio sole caligare possit.
præfuisse insuper Ro. ecclesiæ Pe-
trum reliquosque qui a Petro in hunc
usque floruere diem, ut eruditissi-
mi optimique cuiusque iudicio & sen-
tentia hæc ipsa res in dubium nun-
quam ueniret, nisi si quando græci ut
est ambitiosissimum genus homi-

num, ſibiq; nimium placens auſu temerario negocium Romanis Pontificibus faceſſere ſunt auſi, aut plebei minutiq; quidam homines in angulis ogannnire tentarunt, qui tamen, haud multo poſt ſententiam re cognita immutarint, & hæc quidem pater olim nobis. Cæterum ne quod uiuens ipſe tantum profeßus eſſe uideretur non multo antequam uitæ fatoq; concederet librum etiam de tota confitendi ratione ſolerter in primis, & accurate perſcripſit, addiditq; ad hoc id quod rei totius caput eſſe uideatur, aduerſus impios quoſdam homines recentis ætatis de tua hæc poteſtate ſupremoq; iure tuo commentarios.

Tertius quoque his accessit labor qui non minus aut maiestati huic tuæ, grauis, aut posteritati minus utilis erit cui iure optimo Thesaurum nomen fecit, ut moriens etiam testatum relinqueret qua religione, qua pietate in Deum fore: quoue cul tu sacrosanctam hanc Romanam sedem semper obseruasset hosce commentarios diligentius a me recognitos, hoc potissimum tempore emittere eo consilio institui; si modo sanctitati hoc tuæ probaretur æditio. Defero igitur eos ad te pater Beatissime hosce libros, qui nisi in patrem amor & pietas fallit etiam inuidorum hominum iudicijs adprobari queant. Cum præser-

tim hæc ipſa ætas noſtra hac una ueluti medicina egeat, ut tandem unius ex Italis opera, quorundam peruicacia, retundi infringiq; poſsit. non neſcio multa in manibus hominum uerſari ſcripta quæ a noſtris hominibus magis (ut ita dixerim) pijs quam doctis hac ſuper re memoriæ mandata ſunt. nec uero eos mihi in præſentia recenſendos puto cum præſertim religioſiſsimæ aures tuæ huiuſcemodi ſcriptis occalluerint. De patris certe ſcriptis commentarijs recentibus niſi, quod dixi patrius amor, atque obſeruantia nobis imponat, Sic plane omnes iudicaturos cenſeo, ut nihil ue-

rius, nihil purius, nihil prudentius
tradi ſcribiq; potuerit, quos cū leges
pater optime haud uerear quin etiã
iudicio tuo in ſacrario illo auguſtiſſi
mo palatinæ ædis adſeruari per-
petuo mandes, ut olim inter
ra Græcia Athenarum
arce clariſſima Fi-
diæ opera ad æter
nitatem re-
poneban-
tur.



PII ET RARISSIMI IVRISCONSVLTI DOMINI PETRI ALBINIANI TRETII,

AD FRATREM MARTINVM Luterum Germanum ordinis hæremitarum, Iocunda et saluberrima Epistola fœliciter Incipit.



I REDEMPTOR noster Dominus Iesus Christus, Apostolis suis dixit. Et uos sine intellectu estis Mat. 15. Et uos imprudẽtes estis Mar.7. O generatio incredula. Mar.8. Et si ergo cum uos sitis mali &c. Lucæ.21. Et Principi Apostolorum Petro uade retro Sathanas Math. 16. Marci 8.circa fi. Et post resurrectionẽ exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis Mar.c.ulti. Et discipulis suis Lucæ & Cleophe post eius resurrectionem euntibus Emaus dixit, o stulti & tardi corde ad credẽdum Lucæ.24. Qui tamen Apostoli spiritu sancto erãt repleti Accipite (inquit Christus apostolis) spiritum sanctũ quorũ remiseritis peccata &c. Io.20. Mat.18. Christus sepius reprehendit suos discipulos.

Et ante eius passionem uos mundi estis &c. Io. 13. Cur non iure merito tibi dici potest.

Ah Martine Luter quæ te clementia cæpit. Insanire libet cum sine comparatione longe magis & grauius peccaueris quam Apostoli & discipuli Christi. In eo q, tua ne dicam auctoritate qua omnino cares: & quæ nulla est quin immo uerius propria temeritate & arrogantia in contemptum clauium fidei catholicæ & Pontifitie potestatis a te conuocata conctione & maxima populi multitudine diuinum Decretalium codicem comburere non erubueris qui (iuditio meo) non minori pietate & reuerentia custodiri & seruari debet quam archa Domini seu federis in qua erant conditæ tabulæ scriptæ digito Dei quæ erant testes inter Deum & populū, quod populus acceptisset ab eo præcepta. Et uirga Aaron, & urna aurea manna plena. Ita attestatur. Ni. de lyra exo. 25. in uerbo ponesq; in archam testificationem &c. & Deuter. c. 10. circa prin. in uerbo & posui & Psal. 98. Incipiente dominus regnauit irascantur populi in uerbo & adorate & in uerbo, quoniam & Guiel. duranti lib. diuinorum offitiorum circa prin. uel altari. 2. colum. uers. sane legitur. Cui inclitæ archæ inclinatæ con Oza leuita illius uictor manum apposuisset ne caderet a deo percussus repentina morte expirauit. 2. Regum c. 6. 5. Item de his &. 5. Item legitur. 2. q. 7. unde credo te per ignorantiam fecisse sicut &

Archa federis.

Iudei qui Christum crucifixerunt ut attestatur Petrus Petrus. scio (inquit) quia per ignorantiam fecistis actuum 3. & Paulus dicit & principes eius ignorantes Iesum & uoces prophetarum actuum. 13. Liber enim Laudes libri Decretalium. Decretalium ueteris & noui testamenti auctoritatibus & diuinorum offitiorum tractatibus repletus est maxime de summa trinit. & fide catholica de postulatione prelatorum de electione de translatione prelatorum, De sacra unctione de sacramentis non iterandis. De officio Archidiaconi. De officio Archipresbiteri. De officio Primicerij. De officio custodis. De officio sacristæ. Quæ offitia sunt extracta a ueteri testamento & diffusius in. c. cleros. 31. di. c. subdiaconus cum pluribus alijs. c. sequentibus. 23. di. c. perlectis. 25. di. Item tituli de iureiuran. De uoto de baptismo de celebratione missarum de custodia Eucaristiæ de consecratione Ecclesiæ uel altaris. De reliquijs & ueneratione sanctorum, de matrimonijs & sponsalibus, de adulterijs, de penitentijs & remissionibus. Nam hi sunt de iure diuino multos alios titulos continentes. ius diuinum omitto & sacros canones spiritus sancti instinctu conditos. c. uiolatores 25. questione prima. c. Igitur ea. causa quest. 2. & c. certum el. i. 10. distinctio. in ipso codice Decretalium relatos. Hec profecto maiora sunt uel saltem non inferiora contentis in archa Domini seu federis (ni fallor). Cum magis edificent, & conferant ad salu-

tem animarum quam contenta in dicta archa. Quia scripta & doctrina seu dicta in dictis titulis libri Decretalium diuina sunt & ab eodem auctore quo contēta in archa processerunt. c. translato de consti. & patet re ipsa unde dicitur. Beati qui audiũt uerbum Dei & custodiunt illud Lucæ. 11. Et Aurelius Augustinus. Non minus (inquit) peccat qui negligit audire uerbum Dei quam qui sacratißimum Christi corpus permittit in terram cadere. c. Interrogo uos. 1. q. 1. ea potißimum ratione. quia uerbo Dei plures ad eum cōuertuntur & illud ad punctionem peccatorum inducit, corpore autem Christi uenialia tantum peccata dimittuntur. ut ibi dicit in glo. Item pluris faciendum arbitror sacratißimum corpus Christi quam contenta in archa Dei predicta. Quia illa sunt & stant clausa: & nihil ex eis percipitur nisi quod haberi debent in reuerentia ob memoriam eorum auctoris. Corpus autem Christi quotidie sumitur a fidelibus & illud sumentibus datur uita æterna: Nam Io. 6. c. dicitur ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in æternum de pe. di. 2 Ego sum. c. omnia de con. di. 2. insuper Decretalium uolumen ut plurimum constat ex responsionibus summorum pontificum ex quibus constituitur ius cōmune ut in glo. not. in. c. consultationi de tempo. or. & glo. in. c. ex tua de fi. presby. Quas pro. no. allegat Feli. in. c. 1. 4. colũ. in fi. de consti. Nec mirum. Nam si ex respõsionibus prudentum constat ius ciuile. Insti. de iure. na. gen. & ciui.

Verbũ Dei.

§. responsa & hoc patet ex libris . ff. multo magis ius canonicum constat ex responsionibus summorum pon. maxime quia legis condendæ potestas fuit & est penes summum pon. tantum . ut tenet Inno . in c. licet ex suscepto circa me. de foro compe. cui si non credis, uelis nolis credere teneris diuinis auctoritatibus per eum allegatis. Nam (ut ipse inquit) Deus creauit celum & terram et omnia quæ in eis sunt angelicā & humanam naturam spiritualia & temporalia ipsaq; per se ipsum rexit sicut factor suam rem gubernat & homini quem fecit precepta dedit & transgredienti pænam imposuit Gene .2 . Ex omni ligno &c. ipsis etiam peccantibus penam imposuit per se ipsum. §. Adæ & Euæ. Gene.3. Mulieri quoq; dixit &c. & ibi Adæ uero dixit. Qualiter autem Chayn per se ipsum punierit Lamec & Cham: et quosdam alios eo lib. Gene.4. & .5. legitur & sic recto mondo per ipsum Deum usq; ad Noe. Ex tempore uero Noe cepit Deus creaturas suas regere per ministros. Quorum primus fuit Noe de quo q. fuerit rector populi ex eo apparet q. sibi dominus gubernationem archæ per quam ecclesia significatur cōmisit Gene . 5. & .6. c. Itē quia etiam dñs Noe & filijs eius uictoriam & legem sibi dedit Gen. 9. De Noe etiam licet non legatur fuisse sacerdos, officium tamen sacerdotis exercuit statim post ingressum archæ antequam leges populo daret. Gene. 9. Edificauit autem Noe &c. Quod officium sacerdotis simul Abel & Chayn primo fecerant. in hac uicaria

Potestas legis condendæ est penes papam tm̄.

successerunt Patriarchæ iudices Reges sacerdotes et alij qui per tēpora fuerunt in regimine populi iudeorum. Et sic durauit usq; ad tempus Christi, qui fuit naturalis dominus & Rex nōster de quo dicitur in Psalmo Deus iudicium tuum Regi da & iustitiam tuam filio Regis &c. Et ipse Christus uicarium suum constituit Petrum & successores suos quādo dedit ei claues regni cœlorum. Et quādo dixit Petro pasce oues meas Io.10. & licet in multis distincta sint offitia & regimina mundi tamen quandocunq; necesse est ad papam est recurrendum siue sit necessitas iuris quia alius non sit superior siue facti puta quia de facto minores iudices suas non possunt exequi sententias uel nolunt ut debent exercere iustitiam.c.p uenerabilem. q̄ fi.sint legit.hæc sunt uerba Inno: aureis literis scribenda in d.c.licet ex suscepto relata etiam per .d.Ab. ibidem 7.col.quæ dicit placere etiam host.allegat etiā ad hoc c.pro humani de homi.in.6. Et quod prædictum est tenet idem Inno.in.c.quod super his circa me. de uoto. Dicens q̄ cum Christus habeat potestatē super omnes gētes tā infideles, quā infideles, quia omnes sunt oues Christi ut in.d. Psal. Deus iudiciū tuum Regi da, non uideretur diligēs pater familias nisi uicario suo quē in terra dimittebat plenam potestatem super omnes dimisisset. Item ipsi Petro & successoribus suis eius claues dedit regni cælorum, & ei dixit quodcunq; ligaueris &c. Item alibi pasce oues meas &c.c. significasti de elec. Et hoc idem cōprobatur per Esaiam.c.33.circa finem.

Christus cōstituit sibi Petrum vicarium, & successores suos.

Dominus

Dominus enim (inquit) iudex noster dominus legifer noster dominus rex noster ipse saluabit nos. Quam au ctoritatem allegat.d. Ab.in d.c.licet ex suscepto ad cõ probationem dicti Inno.preallegati. Et ego allego ultra alios psalmum 9.incipientem. Confitebor tibi domine in toto corde meo, ubi dicitur. Cõstitue domine legislatorem super eos ut sciant gentes quoniam homines sunt ubi Ni.de lyra super uerbo cõstitue exponit scilicet Christum legislatorẽ euangelicæ ad iudicandũ eos secũdum quod habetur actuum.10. Ipse est qui constitutus est iudex uiuorum & mortuorum. Et Math.3: ubi Ni.de lyra super uerbo & igni dicit q̃ Io.demonstrauit iuditiariam potestatẽ in Christo, cum dixit cuius uentilabrum. Comprobatur etiã dictum Inno. per uas electionis Paulum ad Hebreos.7. Translato (inquit) sacerdotio necesse est, ut legis translatio fiat canonizato in.c.trãslato de cõsti. ubi glo.ĩ uerbo trãslato exponit in Petrũ super illa uerba pasce oues meas Io.x.c. significasti de elec. quia Petrus representat ecclesiam iuribus & auctoritatibus preallegatis & apostolos alias illis mortuis non potuisset ecclesia illam potestatem exercere. Quod esset absurdum. Cum non sit uerisimile q̃ Deus uoluisset ecclesiam suam dimittere sine pastore post mortem Petri ut dicit Inno. in.c.ad apostolicæ in fi.de re iudi.in.6.& in.c.Quod super.1. col.de uoto et glo.in cle.2.1.responso in uerbo nõ cõsonam de elec.& diffusius dixi in libello de pon.potes. uers.insuper premitto. Trãslata ergo est lex. Et sic le=

Legis obseruatio est apud Petrum & eius successores,

gis obseruatio non est apud Iudeos. Sed apud Petrum & eius successores. Et q. translatum sit sacerdotium a Christo in Petrum probatur in.c.in nouo.21.di. & d.glo.in uerbo sacerdotio.d.c.translato. hoc etiam cõprobatur auctoritate Pauli apostoli, qui ut plenitudinem potestatis esse penes ecclesiam exponeret & declararet nescitis. (inquit) quoniam angelos iudicabitis quanto magis secularia.1.ad Corin.6.& .d.c.per uenerabilem in fi.qui fi.sint legi.& in.c. relatum.11.q.1.& Ni.de lyra.Iudicum in prin. & .1. Regum in prin. Dicit Deum populum Israelem rexisse & gubernasse tripliciter primo per iudices usq; ad Samuelem Regẽ.2 per Reges a Samuele usq; ad Babilonis trãsmigrationem.3.per Põtifices a reditu captiuitatis Babilonis usq; ad tempus Christi quando Iohannes hircanus qui descendit a Machabeis primus post gubernationem Babilonicam imposuit sibi Diadema Regium Et in libris Regum & paralipome.cum agitur de Deo gubernante populum per Reges. Et hi Reges ungebantur ut patet.1.Regum.c.15. ubi Samuel unxit Regẽ Saul.& .ii.q.7.5.Itẽ cum Dauid & archi. in c.ante de conse.di.4.dicit sacerdotes & Reges ungebantur.unctio autem est quid spirituale ut patet in titulo de sacra unctiõe. Psalmus autẽ preallegatus Deus iuditiũ tuũ Regi da numero.21. exponitur a Ni. de lyra. Deus pater Da Christo potestatẽ iuditiariã. Qđ factũ est Io.5.Pater omne iuditiũ dedit filio & iustitiã tuã filio Regis potestatis prædictæ executionem filio

Deus rexit populũ Israelem tripliciter,

Christus fuit filius Dauid secundũ carnem

regis.1.Christo.quia secundum deitatē est filius Regis eterni.s.patris.Et secūdū carnē est filius Dauid Mat.c.i.& .15.&.21.& Lucæ.18.Quia de ipso Dauid descēdit secūdū carnē.Ad Roma.c.i.Et secūdū utrāq; naturā data est ei oīs potestas iuditiaria.licet.n.secundū eā eadē sit potestas patris et filij ī diuinis. Tñ illā hēt filius à patre sicut et substātiā similiter secūdū humanitatē data est ptās iuditiaria Christo. Quia ī extremo iuditio apparebit ī forma humana ī qua fuit iudicatus a Pilato. Apparuit tñ corā eo ī forma passibili.sed ī iuditio apparebit ī forma gloriosa ut inqt Ni.de ly.ps.pdicto. Deus iuditiū tuū Regi da etc.hoc cōtinuatur ei qđ predicatur da iustitiā filio regis et idē dicit sup psa.96.ĩcipiēte dñs regnauit ī uerbo iustitia et iuditiū & psal.9.in uerbo sciāt gētes et ego addo. Mat.20.c.ubi dicitur. Cum uenerit filius hoīs in maiestate sua et oēs angeli eius cū eo tūc sedebit sup sedē maiestatis suæ etc. ecce q̄ apparebit ī die iuditij ī forma gloriosa. Præterea Christus exercuit potestatē iuditiariā actu cū sedēs qđ ppriū est iudicātis. c.ult.de re iudi.ī.6.ff.qs or.ī bo.pos.ser.l.2.§.dices.ī auc.ut ab illu.et q sup eos sūt §.sancimus.igitur col.5.ī auc.de iudi.§.sedebūt absoluit adulterā deprehēsam ī adulterio. Io.8.et.3.q.7.c. q̄ sine peccato. Et cū facto de funiculis flagello de templo eiecit uendentes & ementes Ioan.2, & Lucæ.19. Mat.21.c.ex multis.i.q.3.c.eijciens .88.di. in prin. insuper Moyses dedit legem Iudeis Exo.20.& Leui.20.& Ioan.8.ubi dicitur in lege autem Moyses

Moyses dedit legē Iudeis.

mandauit in huiusmodi adulterio deprehēsam lapidari & Io. 7. dicitur. Nonne Moyses dedit uobis legem et nemo ex uobis facit legem. Et Lucæ. 2. postquam impleti sunt dies purificationis Marie secundum legem Moysi. Facultas autem condendæ legis quæ erat in Moyse translato sacerdotio translata est in Petrum. quia Papa est successor Moysi ut est glo. not. in. c. causam. 2. in uerbo ad regem in fi. qui fi. sint legi. Præterea Ni. de lyra actuū. 7. in uerbo quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis dicit q̄ Deus inspirauerat Moysi q̄ liberaturus erat populum per ipsum de seruitute Egypti. Et constitutus erat à deo tutor et defensor populi propter quod non peccauit occidendo Egyptium percutientem hebræū, & illa liberatio particularis fuit signum & figura uniuersalis & generalis populi facienda per manum Moysi. Et paulo infra in uerbo quis constituit te principem &c. Idem repetit q̄ Moyses à deo fuit constitutus tutor et liberator populi. Si ergo licuit Moysi condere leges & potestatem iuditiariam exercere. multo magis licet Papæ illa facere & exercere, cum fuerit & sit successor Christi auctoritatibus preallegatis. Insuper ex uerbis predictis Pauli translato sacerdotio ad hebreos. 7. in d. c. translato doc. ibidem inferunt. Quod originalis potestas condendæ legis hodie & olim fuit penes sacerdotes, & non penes laicos. cum indistinctè loquatur. Et sic laici nunquam habuerunt facultatem, siue potestatē legis condende. Et licet Imperator ante aduentū Chri

sti receperit potestatem a populo.l.2.ff.de ori. iur.§. sed quod principi placuit insti.de iu.na.gen.& ciui. Illa potestas fuit abusiua & de facto usurpata . Ideo fuit necesse quod confirmaretur ab ecclesia, quo ad exercitium ut not. in.c.nouit de iudi. & Inno. in d. c. licet ex suscepto de fo.compe.& .c.relatum.11.q.1.ubi patet q omnes causæ in primitiua ecclesia, ad ecclesiam deferebantur. Hæc sunt uerba Anto.de But Io.de Imo.& do. Ab.et optimi præceptoris mei in canonibus Alex. Neui.in.d.c.translato. Per quem tex.prefati doc. dicunt ordinem sacerdotalem & alia sacramenta nõ esse penes iudeos,aut alios non baptizatos.Vnde siquis iudeus aut alius non baptizatus ad aliquem ordinem ordinaretur,nõ reciperet caracterem facit.c.ul.de presby.non bap.Et si Aaron uiueret non posset conferre sacerdotium in illa forma qua conferebat, nec per illa uerba,quia non habent eandem uim quam habebant ante aduentum Christi. Et quia sacerdotium hodie nõ est penes iudeos,sed apud Christianos pro quo dicto ego allego quod Christus surgens de sinagoga introiuit in domum Simonis Lucæ.4. Math.7.Mar.c.1. Hoc est relicta lege Mosayca,seu ueteri introiuit in domum Petri cognominati Simonis principis apostolorum super quo lex noua fundata est,per illa uerba pasce oues meas iuribus & auctoritatibus preallegatis,& quã pluribus relatis in libellis quos edidi de pontifitia potestate Pape,& de thesauro ecclesiæ, ad fe.re. Clemen.7. sum.pon.Ex quibus patet potestatẽ omnimodam legis

Sacerdotiũ non est penes Iudeos sed apud Christianos

cōdēde fuisse a deo patre datā et traditā Christo & de Christo ī Petrū et eius successores usq; ad cōsumationē sæculi. Mat.c.ul. trāslatū et cōsequēter sequtur qđ decretales epistolæ et rescripta sūmorū pōtificū iure meritoq; diuīa dici pñt cū potestas q̄ erat ī Xp̄o fuerit et sit trāsfusa ī Petrū et eius successores sūmos pō. auctoritatibus diuinis supra alleg. Et qa nostra facimus (inqt papa) Quibus auctoritatē īpartimur. c. si eū. c. hi q. c. si apostolice de p̄bē. ī. 6. Ad hoc facit. c. sane. el. 2. de offdele. c. studuisti de offi. le. Iacto igitur ex p̄missis hoc īcōcusso stabili īmobili catholico et iuridico fundamēto legis cōdēde potestatē eē penes sum. pon. Liqdo cōstat te male sensisse de fide et eē heresiarcā tā ex scriptis tuis, maxīe de resolutiōe īdulgētiarū ad fr. re. Leonē. x. papā quā ex cōbustione diuini libri Decretaliū p te p rostris facta. Et te deteriorē iudeis, qui hāc reuerētiā faciūt libris ueteris testamēti q. nullo mō sederēt iuxta illos. Sedēdo ita alte sicut illi sūt positi ut attestaī Ni. đ ly. Lu. 4. in uerbo et cū plicuisset. Tu uero nō mō diuinū Decretaliū codicē ueneratus nō es sed ludibrio habuisti illū astāte maxima populi multitudīe cōburēdo et illū spernēdo sicut Christum Herodes induēdo eū ueste alba et remittēdo ad Pilatū Lu. 23. c. et sicut gallus stolidus spreuit lapidē p̄tiosū. Ex quo detestādo facinore grauius peccasti quā Iuda scariotis Pilatus et Iudei crucifigēdo xp̄m et occidēdo qa eorū delictū ipsis tātū nocuit alijs āt oībus pfuit, quoniā mors Christi de penis īferni nos redemit et liberauit, sed de hoc pio laudabiliq;

Iudei uenerantur testamentum uetus.

Grauius peccauit M. Luter cōburendo decretales quā Iudas Pilatus & Iudei crucifigēdo Christum.

opere nõ meruerũt, nec p̃miũ cõsecuti sunt q̃a nõ bono sed malo et iniquo aĩo hoc fecerũt Iudas.n.p auaritiã Pilatus p timorẽ, Iudei p ĩuidiã delinquerũt ut attesta tur Ni.de ly. Io.19.ĩ uerbo nõ haberes potestatẽ aduersus me ullã. Deus aũt est remunerator aduerbiorũ nõ nominũ hoc est nõ remunerat factũ sed quo aĩo fiat quia ĩterrogat cor nõ manũ.c. si q̃d inuenisti.14.q.5.et scrutãs corda & renes Deus Hiere.17.c.tua. ĩ fi.de Simo.i.Reg.c.16.et gl.not.ĩ.c.i.ĩ uerbo q̃litas de collu. tua uero nefanda & detestãda scripta et opera et aĩæ tuæ & aliorũ pene ĩnumerabiliũ fideliũ perniciosa fuerũt sunt & erunt quia eas ad tartara traxerũt & ĩ dies trahẽt ubi fletus & stridor dẽtiũ suspiria maxima gemitus ploratus et ululatus multus Mat. 8.13.22 25.c.eccle.35.di.sed ue hoĩ illi.i.Iudæ p quẽ filius hoĩs tradeẽ bonũ erat ei si nõ fuisset natus hõ ille. Mat. 26. Mar.14. Lu.22.dictũ fuit q minus peccauit q̃ tu ut p̃ missũ ẽ, si Iudas de bono ope et laudabili ac ualde meritorio q̃a ianua paradisi oĩbus patefacta ẽ q̃ ĩnumeris sãctis p̃ribus et pp̃his qnq; millibus ãnis uel circa clausa steterat ob hoc solũ q̃a cupiditate lucri dñm suũ & nostrũ pdiderat fuerũt dicta uerba ue hoĩ illi etc. q̃d d̃ te credẽdũ ẽ ĩfelicissimo Luter. q tuis pfidis et hereticis scriptis ac falso et dãnato ac epicureo dogmate maxĩe ĩ cõburẽdo diuinũ Decretaliũ librũ ĩ cõtẽptũ fidei et clauiũ ut p̃dixi et pon.pote.ĩnumeras aĩas occidisti q̃nti aũt faciat deus aĩam unã ex hoc spectare licet qm̃ nonagĩtanouẽ oues ĩ deserto reliquit ut unam ab ouili

Deus remunerat aduerbia non nomina.

errantem & uagantem perquireret & illam inuentã in humeros suos imposuit & conuocauit amicos & uicinos dicens congratulamini mihi, quia inueni ouem, quæ perierat Lucæ. 15. Sequitur etiam ex premissis tuam opinionem esse erroneam & damnatam in eo ꝙ tenes papatum esse de iure positiuo seu humano. Nam est de iure diuino diuinis auctoritatis preallegatis. Suadeo igitur & hortor te uti fratrem fraterna charitate memor dicti euangelici, si peccauerit in te frater tuus etc. Mat. 18. c. nouit in prin. de iudi. imiteris Petrum Apostolorum principem qui fleuit amare se ter negasse Christum saluatorem nostrũ Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22. de pe. d. 1. c. Petrus. c. pon ̇ leret & c. fideliter & qui peccauit ad Galla. 2. & c. qui contempta 8. di. Et Augustinum qui scripsit librum retractionũ suorum dictorum reuocando male per eũ dicta. Et Imperatorem qui dicit se non erubescere corrigere errores suos, in auten. de nuptijs. circa prin. & glo. in. c. qualiter & quando el. 1. in uerbo corrigere de accusa. quæ dicit etiam ecclesiam aliquando errasse. c. fraternitatis de fri. & male. Cui addo ego. c. tũ ex literis de in inte. resti. c. i. de cogna. spi. c. felicis de cẽsi. in. 6. c. licet in fi. de spon. duo. c. non debet in prin. de consan. & affi. cum alijs multis similibus. Magnæ prudentiæ est hominem reuocare quod male locutus est. c. magne 22. q. 4. Deus enim misericors est, & miserator psal. 110. & facilis ad ignoscen. in quacunq; hora ingemuerit peccator conuersus fuerit omnium iniquitatum eius

nõ recordabor amplius. Ezechielis. 19.d.c.põderet.l.d.1.col.& maius eſt gaudium in cœlo ſuper uno peccatore penitentiam agente quam ſupra nonaginta nouem iuſtis qui non indigent penitentia Luc.15.c.quia ſanctitas circa me.l.di. Alioquin ſentiens mala in hoc ſæculo & grauiora in alio & time ne tibi contingat quod accidit Anaſtaſio papæ heretico. Qui dum aſelaret emiſit inteſtina ut dicit glo. in.c. Anaſtaſius. 19. di.hoſti. in sũma de pe.et re. §.cũ confitendum ſub. §.cui papa in fi.



AD SANCTISSIMVM DOMINVM NOSTRVM CLEMENTEM VII. PONT. MAX.

PETRI ALBINIANI TRETIJ iuris utriusq; doc. de Pontificia Potestate consultatio fœliciter incipit.



RAVEM ET MEI *ingenij uiribus imparem prouinciã. Beatißime pater suscepisse uideor ad respondẽ. quibusdam conclusionibus & scriptis Martini Luteri Germani. Quod quidẽ bonus profecto libẽter effugissem memor carminum horatij.*

Summite materiam uestris qui scribitis æquam
Viribus, & uersate diu quid ferre recusent.

Quid ualeant humeri, nisi nonnullorum probatißimorum uirorum exhortationibus ac in primis ineffabili pietate fideq; in te mea ad illud subeundum compulsus fuissem, ac nisi iudicassem conclusiones ipsas & scripta manifestam heresim sapere ac ad maximũ dedecus clauiũ tuæq; pontifitiæ dignitatis detractionẽ omnino tendere quam pro mei ingenij & doctrinæ exiguitate

ſemper tutatus ſum (ut teneor) cuius rei teſtimonium perhibet alia mea conſultatio de concilio edita ad obturandum ora loquentium iniqua de fr. re. Iulio ſecundo predeceſſore tuo contra concilium ſeu uerius concinabulum hiſce ſuperioribus annis Mediolani contra eundem Iulium celebratum. Si enim canes pro dominorũ ſuorum ſeruandis rebus latrare & uociferare non ceſſant, cur ſilere debeo ſi ex dictis concluſionibus & ſcriptis diuinam ac humanam maieſtatem plurimum leſam uulneratam ac laceratam uideo. Quam ſi recte ſapimus quilibet Chriſtianam religionem & fidem profitens uſq; ad animæ emißionem & ſanguinis effuſionem tueri tenetur. c. ſunt quidam 25.q.1. Cum Chriſtus redemptor noſter pro nobis & ſalute noſtra in crucis patibulo ſuum pretioſiſſimum ſanguinem effundere & animam emittere non recuſauerit. Error enim cui non reſiſtitur approbatur. §. i. uerſ. non eſt grandis & . c. ſequen. 83. di. c. paſce 86. di. l. necare. ff. de libe. agno. c. quante de ſen. exco.

Quod etiam ſuadet naturalis ratio teſte Catone.
Quod noſti factum non recte noli ſilere.
Ne uideare malos imitari uelle tacendo

Et licet ualde difficilis & ardua (ut predixi) uideatur huiuſmodi materia de qua agendum eſt. Tamen in domino confido qui intellectum dat paruulis pſal. 118. & linguas infantium fecit diſertas ſapientiæ. 10. in fi. & ex ore infantium et lactentium perfeciſti laudem inquit pſalmus. 8. & Matth. 21. Et Chriſtus dixit

discipulis suis nolite cogitare quomodo aut quid loquamini dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimini sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis Mat.10. & Luc.21. Et locutus est per os sanctorum qui à sæculo sunt prophetarum eius psal.143. Et aliquando abscondit a sapiētibus & prudentibus quæ reuelat paruulis Math.11. Non enim sufficientes sumus aliquid excogitare a nobis quasi ex nobis sed sufficiētia nostra ex deo est. 2. ad Corin.3. Nā diuino presidio Dauid pusilli corporis Inermis, Goliam gigantem philisteum armatum uicit superauit prostrauit obtruncauit. 1. Regum. c.17. in fi. Et Iudit uidua presidio diuino Olophernem militie Regis Nabucodonosor ducem ense uel gladio euaginato obtruncauit seu decolauit Iudit. 13. spiritus enim ubi uult spirat maxime cum illius inuocatur presidium Io.3.c. nisi cum pridem. §. uerum de renun. & psal. 144. prope est dominus inuocantibus in ueritate quare si quid boni dixero uel scripsero id non mibi sed diuine bonitati tribuendum erit, quoniam omne datum optimum & donum perfectum descendit a patre luminum 14. canonica .1.c. si ex bona in fi 2. col. de peni. di.4. glo. in. c. quam pio in uerbo. apostolica. 1. q. 2. si autem aliquid minus bene dixero id uarijs domesticis et familiaribus curis & negotijs maxime in pertractādis clientulorum meorū causis ascriben. erit paratus enim sum ab anniculo edoceri. c. si babes. 24. q. 3. cum de tam ardua deq; sublimis nominis & sanctæ sedis

amplissima facultate dicturo unquam mortalium doctrina satis esse posit, has igitur pro mea scribendi exiguitate lucubrationes hylari uultu & lieto animo oblatus excipies de serenitate tui uultus & supremæ potestates claritate adumbrate mortalium mentes illustrentur ut male impieq; de te tueq; diuine immense potestatis sentientes eisdem ab erroribus reuocentur & ex densissimis tenebris ad lucem & ueritatem que deus est. Io. c. 14. et epistola. 5. c. ueritate. et. c. qui cõtẽpta. 8. di. c. nisi cum pridem. §. uerum de renũ. restituatur.

Prius tamen quam ad confutationem obiectorum et conclusionem ipsorum deueniamus opere pretium esse existimaui aliqua premittere. quæ mihi ad rem plurimum facere uidentur. Et in primis ut ueritas elucescat ad te pater Martine Luter sermonem meũ direxero pie ac fraterna charitate semper loquendo certamus enim pro ueritate indaganda unde non iniurijs aut contumeliosis uerbis sed modestia & mansuetudine ultrocitroq; uti nos decet ut instruit apostolus ad philip. 4. modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Et illud tibi dixero, quod scribis & phariseis dixit Christus cum interrogantibus, quare eius discipuli transgrediuntur traditiones seniorum cum panem mãducant non lotis manibus respondit: Quare & uos transgredimini mandatũ Dei qui dixit honora patrẽ tuum & matrem tuam &c. Mat. 15. & Mar. 7. Tu enim in tuis conclusionibus asseris summum pon. & eius apostolicos executores diuinas leges transgressos

fuisse. Et ego a te quæro quare tu magis scriptis tuis & combustione diuini codicis Decretalium in contemptum clauium & pontificiæ potestatis diuinas & humanas leges transgressus es? Maius enim peccatum habes & comisisti quam summus pon. qui peccatum non fecit nec inuētus est dolus in ore eius quem cathedra Petri aut sanctum inuenit, aut sanctum facit c. i. in fi. 40. di. Tu nanq; in tribus maxime peccasti edendo dictas tuas impias nefarias et hereticas conclusiones.

Primo in dictis tuis conclusionibus incusare uel arguere uideris summum pon. et eius apostolicos executores de eorum multis excessibus quod tibi non licet, quia papa de nullo crimine accusari potest nisi de heresi ut est glo. cōmuniter ab omnibus pro singulari allegata in. c. Si papa. 40. di. si dicis tē nō incusare summum pon. sed illum euangelica denunciatione arguere, Quæ est si peccauerit in te frater tuus &c. Mat. 18. c. si peccauerit. 2. q. 1. c. nouit in prin. de iudi. Nec hoc tibi licet, quia papa non subiacet dictæ denuntiationi ut tenet. d. glo. in. d. c. Si papa & . d. Ab. in. d. c. nouit 15. col. uers. sed circa hoc quæro. nisi faceret cōtra legem diuinam uel articulos fidei ut tenet ibi. d. Abb. & Alexan. in. d. c. Si papa & in rub. de ap. 1. colum. uers. ista tamen supplicatio idem tenet hosti. et Io. An. in. c. proposuit circa fi. de con. preben. & . d. Ab. ibidem. 4. col. & . d. Abb. in sua disputatione incipiente Episcopus. 19. col. nisi in heresi, si enim est impenitens

Papa nisi de heresi accusari potest.

Papa non subiacet denūciatione euangelicæ.

debet dici ecclesiæ, ut Deum oret pro eo. q, ipsum inspiret & ecclesiæ triumphanti ut oret pro ipso, qui si publice peccauerit mortaliter secrete & pie argui debet ut dicit. d. Ab. in dicta disputatione. 14. colũ. uers. ex quibus iuribus & .19. colum. uers. 3. casus ipse enim omnes iudicat & a nemine iudicatur. c. aliorum. c. nemo. 9. questione. 3. & . d. Abb. in c. significasti. 7. notabili, de electio. Et infra dicitur in uers. Diuini numinis unde si Imperator & totus clerus & totus populus conuenirent in unum, non possunt eum iudicare, ut tenet. d. Abb. in. d. disputatione Episcopus. 14. colum. uers. ex quibus & .18. columm. uersi. 3. casus est Lu. ro. consi. 523. incipiente omnipotentis Dei implorato suffragio questio discutienda est. 3. colum. quem credo male dixisse expositionem hosti. in dicto. c. proposuit falsam esse. Et hoc per. c. sed illud. 45. d. & melius in. c. omnibus. 24. q. 1. ubi dicit esse uerba Hieronymi dicentis illa uerba dic ecclesiæ intelligi de ecclesia militante quæ est fidelium collectio, quam ecclesiam siquis corrigẽtem corripientemq; contẽpsit alienus esse debet tanquam creticus, & publicanus allegat etiam. c. quapropter. 2. q. 7. & . c. præcipue. 11. questio. 3. & . c. nouit de iudi. & . c. quemadmodum de iur. iuran. ubi est similis, expositio. Si igitur quo ad alios fideles peccantes intelliguntur referri uerba illa ad ecclesiam militantem, cur tam uarie eadem referimus ad Deum uel ad ecclesiam trium-

Si Imperator & totus clerus & totus populus cõuenire in unũ nõ possunt iudicare Papam.

phantem in personam papæ cum indistincte & indefinite fuerit locutio domini non magis alios fideles concernens quàm papam. Immo ex euangelio apparet specialiter directa. Non est autem dubium unam eandemq; orationem non debere diuerso iure censeri uarioq; modo exponi. ff. de uulga. & pu. l. in hoc iure. C. de testa. mili. l. in test. ff. de usucap. l. cum qui edes de. deci. cū in tua. c. quia circa de priuil. 12. q. 2. c. cognouimus cum similibus. Nonne dominus discipulis suis loquens, inter quos erat Petrus, dixit. Si quis uestrum scandalizauerit unū ex pusillis istis minimis expedit ut suspendatur in collo eius mola asinaria & demergatur in profundum maris &c. Quia dicta iura allegata per Ludo. maxime. d. c. sed illud et. c. omnibus. cum concor. preallegatis non dicunt ut refert Ludo. sed tantum referunt uerba euangelij Mat. 18. Si peccauerit in te frater tuus &c. Nec per hoc eadem uerba diuerso iure censentur. Si intelligātur, ut tenet Hosti. quem sequuntur Io. An. & do. Ab. in locis preallegatis, ut papa aliquali maiori prerogatiua potiatur. quā alij per iura sæpius per eos allegata maxime. d. c. nemo et c. aliorum. Nec uerba Euangelica ita dicūt ut retulit Ludo. Sed dicunt. Qui autem scandalizauit unum de pusillis istis, qui in me credunt expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundum maris. et sunt Mat. 18. & Lucæ. 17. c. nisi cum pridem. §. pro graui de renun. Itaq; patet expositionem hosti. bonam esse & laudabilem approbatam

batam ab alijs docto.prealle.intelligendo tamen hostiacum peccatum papæ sit occultum,seu cum ecclesia nõ scandalizatur. Secus si peccatum est publicum & exinde scandalizatur ecclesia,tunc tota regula euangelica habet locum in eo ut si monitus non desistat dicatur toti ecclesiæ.i.concilio & ab eo poterit puniri quia est suspectus de heresi.Sed esto q. Papa esset subiectus dictæ denunciationi euangelicæ non potest dici,q. tu dictam uiam & regulam tentaueris quia constat te non seruasse requisita in dicta regula seu denũciatione euãgelica quæ sunt quinq; ponderata & descripta per.d. Abb.in.d.c.nouit.1.colum.in fi. & hoc ex uerbis euãgelicis. Primum est q. papa peccauerit te sciente uel in tuam damnationem,uel quia offendit & lædit te ut litera innuit;Secundum requisitum est q. fiat hæc admonitio secretæ obsecrando q. desistat a peccato. Tertium q. si non desistit à peccato adhibeatur unus uel duo testes,quibus presentibus fiat dicta admonitio charitatiua. Quartum q. postea fiat denuntiatio ecclesiæ.i.prelato. Quintum q. coram suo prelato denuntians probet peccatum denuntiatum. Nullum autem præmissorum constat te fecisse,uel seruasse,sed prima fronte libellum famosum contra summum pontificem , & eius executores apostolicos edidisti & in hoc mihi uideris nõ imitatum illũ qui ut Persius refert in fossa uociferabat. Auriculas asininas Mida rex habet. At uox illius a paucis audiebatur , uidelicet tantum a bastantibus. Tua autem scripta detractatoria toto orbi patefacta

sunt. Ita ut dici possit illud propheticum in omnẽ terram exiuit sonus tuus & in fines terræ opera tua mala. psal. 18. Item uox uociferantis momentanea erat. Tua autem opera perpetua erunt & maxime apud uiros literatos, qui si boni & catholici fuerint illos ludibrio habebunt laudabilius tibi fuisset dictam regulam euangelicam seruare ut iubet uidelicet per literas tuas uel nuntium secrete ipsum papã admonere. Si in aliquo illum in te peccare arbitratus fuisses & imitari Sem & Iaphet pios filios, qui auersa facie. Noe eorum patris pudibunda operuerunt. Non autẽ imitari Cham tertiũ filiũ impiũ irridenda mõstrauit Gene. 9. §. de his. 2. q. 7. c. de crimine in fi. 15. q. 5. his exemplis instruimur non detegẽda esse aliorum peccata maxime maiorum nostrorum sed potius celanda patet etiã hoc diuino exẽplo. Nã Petrus apostolorũ princeps audiẽs Christũ dicentẽ se iturum hierosolimã & multa mala, & mortẽ deniq; a senioribus scribis & principibus sacerdotũ passurũ & tertia die resurrecturum à mortuis. Assumpsit Christum seorsum, & illum incepit increpare, dicens absit a te domine nõ erit tibi hoc quod dicis. Mat. 16. circa me. Et ibi Ni. de lyra sup uerbo assumens colligit argumẽtũ q̃ inferior nõ debet publice arguere superiorẽ sed secrete. Legimus etiam Cõstantinũ Imperatorem dixisse. Si uidissem clericum delinquentem ipsum clamide mea cooperuissem ne ab aliquo uideretur. c. in scripturis. 96. di. Quod etiam sapiens Cato monet dicens.

Petrus secreto increpauit Christũ.

Cõstãtinus Imperator.

Quantuncunq; potes cælato crimen amici.
Deteriores enim sunt qui aliorũ famam moresq; corripiunt his qui aliorũ substantiã dirripiũt.c.deteriores. c.merito.6.q.1.Et paulus uas electionis. 1. ad Corin. 9.Bonũ est mihi magis mori quã quis euacuet gloriam meã.Et Deus dixit. Dijs non detrahes.i.clericis Exo. 22.c. & lo.c.i.de mala.c.2.c.sacerdotibus.11.q.1.Et si clericis obloqui nõ decet multo magis de principe clericorũ, & aliorũ principũ qui est papa uicẽ dei gerens in terris & successor Moysi est glo.not.in.c. causam. 2.in uerbo ad regem, qui filij sint legitimi, & infra dicetur quam graue autem sit peccatum detrahere papæ patet exemplo Mariæ sororis Moysi & Aron, quæ licet prima fuisset, quæ post transitum maris rubri sumpto tympano hymnum cantare meruit. Exo. 15. Tamen percussa fuit lepra à domino, quia murmurauerat de Moyse, Quod Ethiopissam accepit in uxorem num.12. c. §.item abijcitur. 2. questio. 7. & exemplo Core & aliorum sociorum, qui rebelles fuerunt Moysi, & propter hoc a terra absorti sunt. numeri.16.c.Alia etiam exempla refert Gratianus similia.§. item in libro Regum ea. cau. & questio. quæ breuitatis causa omitto referre.

Paulus.

Maria soror Moysi

Et q̃ detractio sit instar homicidij est op. tex. in.c. ex merito. & .c.nemo.11.quest.1. & glo. not. in cle. 1.in uerbo detrahant de priuileg. refert Tullium Ciceroin re inuectiua contra Salustiũ in fi.sæpius inqt uidi grauius offendere animos auditorũ eos, q aliena ui-

tia aperte dixerunt quàm eos qui commiſerunt. Si Paulus Petrum reprǽhendit ad Gala. 2. c. qui contempta 8. di. §. ecce oſtenſum uerſ. item ſi Paulus. 2. q. 7. hoc ei licuit quia Paulus erat par Petro. c. Beati Petrus & Paulus ea. cau. & q. Vnde Hieronymus ſuper dicta epiſtola ad Gala. 2. dicit Paulus Petrum reprǽhendit quod non auderet niſi ſe non imparem ſciret. c. Paulus 2. q. 7. & in diuinis offitijs non commemoratur unus ſine altero. Et ad Gala. 2. dicit Paulus qui enim operatus eſt Petrus in apoſtolatum circunciſionis operatus eſt & mihi inter gentes. Tua autem iudicio meo nō es par ſum. pon. ſed ab eo diſtas quantum lenta ſolent inter uiburna cupresſi. Vnde ad te non ſpectat redarguere ſum. pon. qui ſolum Deum habet ultorem ita ut libere dici poteſt illud apoſtoli. Qui iudicat me dominus eſt. 1. ad Corin. 4. & infra dicetur.

Secundo ratione ſcandali ex tuis ſcriptis exorti: Cum ſcripta huiuſmodi manifeſte ſint contra comunem omnium canoniſtarum & theologorum ſententiam ut patebit ex infra dicendis ſuis loco & tempore. Et ſic ſeminaſti zizania in tritico ſicut inimicus ille homo de euangelio Mat. 13. Et ex hoc posſit oriri ſciſma ut alias in regno iſto Alemaniǽ exortum eſt. Nā ibi ortǽ erant quǽdam abhominabiles ſectǽ quǽ appellantur biguardorum hominum & mulierum quǽ biguinarū appellabātur quǽ ſecte tanquam hereticǽ in concilio Vienenſi, cui prǽfuit papa Clemēs. 5. reprobatǽ fuerunt ut patet in Cle. ad noſtrum de hereti. Quantum

autem Deus abhoreat scādala liquido pcipitur ex eius gestis. Nā licet non ignoraret Iudam Schariot.eū proditurum tamen illum propalare noluit nisi in genere unus (inquit) uestrū me traditurus est. Mat.26.Mar. 14.Lucæ.22.c. si sacerdos de offitio ordi. Item licet non teneretur ad tributi solutionem cū domini sit terra & plenitudo eius Gen. 14. Hester.13. psal.23. & 88..Exo.13.in prin.c.tua nobis de deci. Tamen ad euitandum scandalum iussit Petro ut iret ad mare & mitteret hamum quia piscem caperet in cuius ore staterem inueniret. Et illum summens pro se & Petro tributum solueret Mat.17.in fi. §.item tributum.c.conuenior circa fi. & .c.sequen.23.q.1. Et ratione scandali uitandi ecclesia in terris ubi non est consuetum soluere decimas eas non repetit ut tenet. Ni. de lyra. Mat.17. in uerbo ergo liberi sunt in fi. & Mat.5. in uerbo si quis te percusserit & idem tenet sanctus Tho. secunda secundæ.q.87.arti.1. Et summus iuriscōsultus præceptor meus in canonibus Alex. ne.in.c.1. 17.col.uers. Quidam sunt de constit. allegat.c.si homines de deci. & .d. Ab.in.c.in aliquibus eo.ti. & sanctus Tho. in loco preallegato. Et idem tenet feli. in.c. 2.3.col.uers.22.de prescrip.ubi ponit.23. spetialia inducta ad euitanda scandala contra regulas iuris communis. Et Paulus apostolus ne aliquem scandalizaret proprijs manibus laborando uictum sibi acquirebat.1. ad Corin.9.glo. in. d.c.2. de prescrip. c.iam nunc. 28.q.1.

Deus abhoret scādala.

Facta papæ excusantur.

Tertio quia facta Papæ excusantur sicut Iacob a mendatio Israelite a furto Sanson ab homicidio patriarchæ & alij plures uiri iusti, quia habuerunt uxores ab adulterio. c. gaudemus de diuor. glo. not. in. c. 1. 40. di. de mendatio Iacob habetur Gene. 27. §. item apponitur. 22. q. 1. de furto Israelitarũ habetur. Exo. c. 13. in fi. & c. dominus. 14. q. 5. de homicidio Sansonis habetur num. 25. c. occidit. 23. q. 8. unde si aliquid rescribit Papa quod absonum sit excusatur & attribuitur importunitati supplicantis & magnitudini, seu multitudini occupationum papæ constituit, ut cui scribitur. Rescribat pontifici quod obstet rescripto & supersedeat interim negotio commisso & expectetur secunda & interdum tertia iussio. c. si quando de rescrip. facit. c. cum a deo eo. titulo & benefacit glo. not. in uerbo nuncians. §. deinde competens in auten. de man. princi. quæ colligit ar. contra miseros prelatos exequentes statim literas papæ licet iniustas, quia intentio papæ ad quam semper recurrendum est. c. ad aures de rescrip. c. exposita de arbitris. c. super questionum. §. intentionis de offi. dele. non est lædere, uel tollere ius alterius. c. de ecclesiasticis. 25. q. 2. c. si quis nõ obedierit. 11. q. 3. c. nũc uero. 8. q. ulti. l. 2. ff. ne quid in lo. pu. nec declinare in partem dexteram: uel sinistram. Deut. 17. in fi. Mat. 22. sed in æquo libramine omnibus iustitiam ministrare. c. licet prima colum. de proba. c. cum nobis circa finem de electione. c. licet de sup. negli. prælatorum. c. magnæ in fi. de uoto. cle.

pastoralis de re iudi. Et tanta est auctoritas pontifitia ut Rescriptum apostolicum semper presumatur ex iusta causa emanatum & hæc presumptio adeo est uiolenta ut non admittatur probatio in contrarium cle. 1.de probat . & hoc tenet Ia. Alua . in ti.si de feu.fuerit contro. §. naturalis.4. colū. in prin. in usi . feu. & dicit hæc uerba fuisse. Cy. & idem tenet.d. Ab. in c.quæ in ecclesiarum.4. colum.de consti. allegat glo. pro singulari & not.in.l.relegati.ff.de penis quæ apte dicit, q magna & causa in principe est sola uoluntas qui dicit hoc fuisse etiam de mente. Anto.de Butri. Ibidem ubi tamen hoc dictum limitat multipliciter. Cuius limitationē non refero,quia ad rem non faciūt. sed unum ego addiderim ut hoc dictum uerum sit,quando papa rescribit ex certa scientia, & est bene de causa & negotio instructus & certioratus aliter non presumatur pro rescripto sed præsumitur papa circunuentus et deceptus ut est singularis & notabilis in.c. pastoralis. §.præterea in uerbo ex certa scientia de offi. dele. Alia dicentur suis locis. Deo propitio ad rem hanc facientia ad detegendū errores tuos. Et nūc mihi occurrit illud Ciceronis carere debet omni uitio, qui in alium paratus est dicere et iuxta illud euangelicum hypochrita primum trabem de oculo tuo eijce & tūc educes festucam de oculo fratris tui Lucæ.6.§. tria.3. q.7. uers. porro in fi.& .1. questio.1.in ulti. glo. in c.1.de accusa.hoc etiam crimen detestatur Horatius in sermonibus sic inquiens.

Cicero.

Christus.

Cum tua preuideas oculis mala luppus in unctis
Cur in amicorũ uitia tam cernis acute, & alibi
ut nemo in sese tentet descendere nemo
Sed precedenti spectatur mantica tergo.

Laudabilius ergo tibi fuisset silere quã male dicere & scribere de pon. & eius executoribus. Et sequi consilium Hieronymi super. 12. prophetis qui sic ait quando ergo uir ecclesiasticus & prudens atq; intelligens multas impietates in ea quæ uocatur domus Dei esse cognouerit & non solum multas sed etiam fortes & quæ opprimere possunt iustitiam & in tantum doctorum rabiem processisse ut accipiunt pretium in iuditio & omnia pro muneribus faciant pauperes deuitent in portis & audire contemnant taceat in illo tẽpore ne det sanctum canibus & ne mittat margaritas inter porcos qui conuersi conculcent eas & imitetur Hieremiam dicentem solus sedebam quia amaritudine repletus eram. c. quando. 11. 2. 3.

His igitur sic præmissis uentilemus aliquas de tuis conclusionibus principalibus in quibus aliæ etiam cõplectuntur iuditio meo quæ sunt hæ.

5. Papa non uult, nec potest remittere ullas penas præter eas quas uel suo uel canonum arbitrio imposuit.

8. Canones penitentiales solum uiuentibus sunt impositi nihilq; morituris secundũ eosdẽ debet ĩponi.

11 Zizania illa de mutãda pena canonica in penã purgatorij uidẽtur certe episcopis dormiẽtibus sata.

13 Morituri per mortem omnia soluūt & legibus ca nonū mortui iā sunt habētes iure earū relaxationē.

20 Igitur Papa per remißionem plenariam omnium peccatorum non simpliciter omnium intelligitur sed a se ipso tantum modo impositarum.

21 Errant itaq; indulgentiarum commissarij qui dicunt per papæ indulgentias hominem ab omni pena solui & saluari.

25 Qualem potestatem Papa habet in purgatorio generaliter talem habet quilibet episcopus & curatus in sua diocesi & parochia specialiter.

26 Optime facit Papa qui non potestate clauis quam nullam habet sed per modum suffragij dat animabus remissionem.

48 Docendi sunt Christiani quod uenie papæ sunt utiles si non in eas confidunt sed nocentissime si timorem Dei per eas amittunt.

Cur Papa non euacuat purgatorium propter sanctissimam charitatem & summam animarum necessitatem ut causam omnium iustissimam. Si infinitas animas reduceret propter pecuniam funestissimā & structuram Basilicæ, ut causam leuissimam.



IVINI NVMINIS ac Beatissime semper uirginis Mariæ dei genitricis ac beati Petri Apostoli de cuius potestate agitur inuocato presidio ut facilius pateat solutio & confutatio dictarum conclusionum nonnulla quæ ad rem mihi uidentur plurimum pertinere, premittere operepretium existimaui.

ficasti in uerbo pasce de elec. & in. c. in nouo in uerbo comendare & ibi etiam Archi. & .d. Do. & glo. 3. in cle. pastoralis de re iudi. & quod apostoli post resurrectionem Christi & legerunt de nouo Petrum in eorum principem ut predictum est etiam refert .d. Ab. in. d. disputatione episcopus. 8. colum. circa medium per quam electionē omnis potestas & iurisdictio quæ erat penes omnes apostolos trāslata est in Petrum. §. sed & ꝙ principi insti. de iur. na. gen. & ciui. l. 2. ff. de ori. iur. & ipsi apostoli potestatem & auctoritatem prædicandi acceperunt à Petro, ut innuit tex. clarus Hug. in. d. c. ita dominus. Non enim debent mēbra corporis seu ipsum corpus moueri sine dispositione capitis ex sunt uerba. d. Ab. in disputatione episcopus. 7. colum. additis per me. d. iuribus inter medijs & post multa. 10. dicit ex quibus concludo quod papa solus tanquam caput potest exercere omnimodam iurisdictionem ex poscente causa rationabili, nec est opus cōuocare concilium pro consensu habendo, alij uero prelati non exercent sine dispositione capitis. s. papæ habent tamen potestatem a Deo habitu & non actu sed illa est submissa papæ tanquam capiti, & forte ad hoc designandum Christus dixit Petro, multa seorsum & separatim sed alijs apostolis locutus est generaliter. Vnde Petro dixit, Tu es Petrus & super hanc petrā &c. Item dixit pasce oues meas & non tantum semel sed bis & ter. Io. 21. et pro sua fide specialiter orauit cum admonuit ut fratres suos confirmaret. i. confer-

Soli Petro locutus est Christus.

uaret. Dum dixit Simon ego pro te oraui patrem ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Lucæ. .22. & .c.1. circa fi.21. dicto .c. si enim de pe. di.2.c.arrecta & .c. rogamus 24.q.1.Ego addo quòd Christus assumpsit Petrum, Iacobum & Ioannem quando in montem excelsum transfiguratus est ante eos Mat.18. & assumpto Petro & duobus filijs Zebedei iuit ad orandũ in passione sua. Mat.26. & Mar.14. Et sic Petrus semper fuit primus uocatus in arcanis a Christo. Et cum Petrus cum alijs discipulis esset in duabus nauiculis alijs imperauit ut laxarent retia sua & soli Petro dixit. Duc in altum.i.in profundum disputationum diuinarum delitiarum quam licet mens humana plene rationis inuestigatione compræhendere non posfit, Fidei tamen plenitudo complectitur.c.nõ turbatur. 24. questio.1.in fi.originaliter.Lucæ.5.& ibi subdunt noli timere ex hoc iam eris homines capiens. Non sic dixit alijs discipulis, qui cum Petro erant et respiciens Christus in discipulos, dixit Petro. Si peccauerit in te frater tuus &c. Mat.18.c. nouit in prin. de iudi. c. in omni. Item dixit Petro sequere me. Ioan.21. & Christus intuitus Petrum ei dixit. Tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus Ioan. 1. c. & Ni. de lyra, ibi in uerbo Cephas exponit, idest capitaneus. Idem dicit Mat.16. & .17. in fi.ubi dicit quòd Christus per hæc uerba fecit Petrum capitaneum aliorum discipulorum, ut est bo. tex.in .d. c. sacrosancta

Petrus fuit capitaneus aliorũ apostolorum.

22.distinctio. & ibi Archidiaconus in uerbo Cephas & Nico. de lyra: Ioannis. c.primo in uerbo tu uocaberis dicit, quòd idem sonat Petrus, quod Cephas quia fundamentum habet quodam modo, & proprietate capitis. Vnde Mat.16. quando dictum est à Christo: Tu es Petrus &c. dicit quòd non fuit nominis noua impositio, sed nominis prius impositi, commemoratio, uel confirmatio, quia hoc fuit sibi impositum, secundum Augustinum, & subdit dominus Abbas in dicta disputatione episcopus consyderabã, quòd in singulari dicit Christus. Fiat unum ouile & unus pastor. Ioann.10: & sic uoluit unum tantum esse pastorem & non plures, & hanc potestatem pascendi contulit Petro, dum dixit ei pasce oues meas, ut tenet dominus Abb. in. c. significasti, secunda columna de electione. & . c. solite de maio. & obedien. & in dicta disputatione episcopus. Ipse enim erat & est uerus pastor & pontifex, ut de seipso dicit. Ego sum pastor bonus. Ioan. 10. Alij autem apostoli fuerunt coadiutores & cooperantes, & addo, quòd Petrus dicitur princeps apostolorum. c.1.8.q.1.c.cum marte.2.colum.in prin.de cele. miss. §.his ita respondi tur uersi. Item Paulus &.c. Petrus .2.quest.7. Ni.de lyra. Ioan.20. in uerbo. & tamen non introiuit loquendo de Ioan.dicit, quòd Io.non introiuit ꝓpter Petri reuerẽtiã sed expectauit, q̃a erat senior ipso et inter apostolos principalior. Et Ni. de ly. Luc.22.in uerbo cõfirma fratres tuos dicit expo-

Nota quod Christus uoluit unũ tãtum esse pastorem, & nõ plures.

nendo illa uerba quia ecclesia erat Petro cōmendatā ut habetur Io.c.ulti.ubi dicit ter dicendo pasce oues meas siue agnos meos, & ex hoc patet fidem non posse deficere usque ad finem mundi potisime ecclesiæ Romanæ, quæ a Petro post Christum fundata est.c. fundamenta in principio de elec.in.6.Item ad prædicta pō dero quod Christus surgens de sinagoga introiuit in domum Simonis. Lucæ.4.& Mat.8.c.figuratiue relicto testamento ueteri in quo sedebat introiuit in domum Simonis hoc est testamentum nouum cœptum in Petro qui Simonem cognominabatur.Ioan. Mat.16. Per quem ingressum argui potest quod auctoritas & imperium quod erat in Moyse, qui erat caput & princeps sinagogæ & ipse dedit legem Iudeis.Exo.20. et Deut.32.fuit translatum in Petrum & hoc etiam declaratur per illa uerba quia præcedet uos in Galileam

Galilea. Mat.16.Galilea enim allegoricæ significat transmigrationem transmigrauit.n.Christus de Iudeis ad gentiles quia totus mundus ad prædicationem apostolorum & famulorum Christi conuersus est ad eius fidē ut legit lib.diuinorum officiorum de festo diei pasce.1. colum.& hoc etiam declaratur per illa uerba & populus qui creabitur laudabit dominum. psal.c.1. ubi Ni.de lyra exponit.i.populus Christianus qui creabitur per baptismum per quem constituitur inesse gratia quæ creatur in anima uel per fidem ut in tribus magis quia ab oriente uenerunt Hierosolimam cum muneribus adorare dominum Esa.c.60.Mat.c.2.et Cor-

nelius nobilis Romanus baptizatus fuit à Petro. Actuum.10. Nec mirum nam exordium huius distinctionis sinagogæ & ecclesiæ propriæ figuratur in exordio duorum fratrum Esau & Iacob. Gene.25. Si diligenter attenditur acutius scrutentur omnia horum duorum fratrum gesta principaliter fuerunt figurativa, ut ibi declarat postulator & Esaiæ.34. in addictione postilatoris ad Ni. de lyra, incipiente istud capitulum.2.colum. in fi. qui dicit quod sicut in d.c. 25. dicti fratres paruuli in utero matris collidebant sic in utero materno, scilicet sacræ scripturæ quæ mater est utriusque cum ex ipsa sacra scriptura materia uitæ spiritualis summatur in quo quidem utero tam sinagoga quam ecclesia collidunt sibi inuicem repugnãtes in eius intellectu sicut etiam primus egressus est Esau .2. uero Iacob sic & hæc sinagoga. s. ecclesia ueteris testamenti primo egressa est consequenter uero ecclesia Christi, idest noui testamenti sicut etiam ibi Iacob egrediens plantam fratris tenebat in manu sic ecclesia, in primo eius exordio quod incepit a passione Christi quodam modo ritum sinagogæ tenebat in legibus. Nã a tẽpore passionis Christi usq; ad diuulgationẽ euangelij, secundum Augustinum licet legalia mortua essent, non tamen mortifera, unde & Paulus circuncidit Timotheum, & ego addo quod Paulus repræhendit Petrum & ei restitit in faciem quia in aliqbus indagabat ad Gala.2 c. qui contenta.3. dist. sicut autem ibi post egressum totaliter sunt diuisi. Vnde dicit duo populi

Exordium sinagogæ & ecclesiæ figuratum est in duobus fratribus Esau & Iacob.

ex uentre tuo diuidentur sic, & hæc ecc
goga omnino sunt diuisi in fide, & mori
ibi dicitur populus populum superabit
nori seruiet: sic sinagoga, quæ est maior
clesiæ, quæ est minor natu, ex quibus pa
scilicet, quod sicut uniuersalis ecclesia ge
tate fidei Christi adunata uerè & propr
srael & domus Iacob de qua angelus ad
ginem regnabit in domo Iacob in æternu
eius non erit finis. Lucæ. 1. Sic & sinago
scilicet iudeorum quæ domui Iacob. s. ecc
mica, idumea dici debet. Alia multa scitu
hanc facientia ponit postillator in loco p
quæ breuitatis causa omitto de bello dict
fratrum Esau & Iacob in utero Reb
matris habetur. Gene. 25. & c. in apibus
per Esau erat gnarus uenandi homo agri
autem uir simplex & habitabat in taber
ne. 25. Vnde Ni. de lyra in uerbo habitab
naculis dicit Hebreos dicere, quòd hæc
fuerunt tabernacula Melchisedech, ubi ui
diuinus cum esset sacerdos Dei excelsi, &
lum habet, qui fuit propheta & docebat a
de diuinis, ex quo patet, quòd occupatio
principaliter circa diuina. Sic legitur in
Hiero. de Moyse & Aaron, quod non disce
bernaculo domini. c. ulti. 36. Ideo Iacob uo
dispositiõe diuina, meruit benedictionẽ ab I

De bello Esau & Iacob fratrũ gesto in utero matris.

utriusq; Gen.27.in qua inter cætera dixit Iacob esto dominus fratrum tuorum,& incuruentur ante te filij matris tuæ p,quæ uerba patet Iacob superiorē fuisse Esau,& sic esse subiectum,& seruū Iacob. Hoc enim importat dominus cuius correllatiuum est seruus. Nam non potest dicit quis dominus,nisi habeat sub se seruos,sicut non potest dici pater uel mater, nisi habeat filios & correlatiuorū natura est,ut posito uno ponatur & reliquum & uno sublato reliquum intelligatur sublatū,ut est glo.2.in.c.a nobis in fi.de decimis & in cle.1.in uerbo eternaliter de sum.trini. & fide catho. Pondero etiam illa uerba sequentia & incuruentur ante te filij matris tuæ, quæ posita uidentur ad maiorem exagerationē superioritatis prædictæ. Incuruare enim quid est aliud,quam inclinare & facere reuerentiam superiori iuxta illud,tantum ergo sacramentum ueneremur cernui, & Persij ocurue interis anime cœlestium inanes. Esau ergo diuina dispositione fuit subiectus Iacob, qui in utero matris per prædicta in figura demōstrauit ecclesiā militantem q; superior esse debebat sinagogæ,quæ figurata est in psonam Esau. Nec Esau debebat esse par Iacob,sed subiectus Iacob per dicta uerba esto dominus fratrū tuorum &c. Dicta Iacob per quæ uerba demonstraturi ut unus tantum esset dominus & princeps ecclesiæ militantis,qui uno ouili præesset non plures nec plurai Io.10.qui fuit Petrus successor Christi,qui lunga or gine descendit à Iacob. Mat.1.c. Non immerito, nam

Deus est spiritus . Ioan . 4 . ideo ama
& dedictis spiritualibus . unde dixit
tem elegit Maria . Lucæ . 10.c. nisi
5 . nec putes de renun.ad Corinthios
fine , & nemo antequam uidit dixit Io
stola quarta , & uisio Dei est uita a
17 . Ideo dicebat Paulus cupio disso
Christo.ad Philip.c . primo , & Daui
quit cum apparuerit gloria tua , ut
tar , unde digressus est sermo. summi
minores sacerdotes a Deo sunt instit
sem . Exodi . 31. qui ex præcepto D
in summum pontificem .filios uero ei
nores sacerdotes . 75. distinctione.c .
ne in principio , quòd etiam in hoc de
cathedra attribuitur tantum Moysi ,
unde dicitur super cathedram Moysi
bæ & pharisei. Math.23. & glo. in
detrahunt in si.de priuile. in testamente
thedra attribuitur tantū Petro, & nō
nec sanctis . Nam ecclesia celebrat fe
sancti Petri 8.calend. Martias.Petrus
cessor Moysi,ut est glo.not.in.c.causa
bo ad regem qui fi.sint legiti.insuper l
Aaron primi,& summi pon. fuerunt
consecrationem. Moyses tamen fuit ma
ministrationem,ut prædictum est. Ite
nem,qui instruebat , & arguebat A

minorem, ut est glosa notabilis in dicto.c.sacrosancta in uerbo Moyses.22. distinctio. & glo. in. c. in illis 80.distin. & diuinorum offitiorum.l. 2. de sacerdote in prin. qui allegat dictam glo.in.c.sacrosancta. Moyses tamen non offerebat hostias, sed orabat pro populo.c.si quis ult.36.distin.c.decreuit.88. distinctio. sic Petrus fuit maior alijs apostolis in administratione iuribus præallegatis. hoc etiam approbat Hieronymus, qui in principio libelli de uiris illustribus sic loquitur Simō Petrus filius Ioānis prouinciæ Gallileæ, uice Betsaida frater Andreæ apostoli, & princeps apostolorum post episcopatum Anthiocensis ecclesiæ, & prædicatione dispersionis eorum, quæ de circuncisione crediderant in Ponto Gallacia, Capadocia, Asia, Bithinia secundo Claudij anno ad espugnandum Simonem Magum Romam pergit, ibique uigintiquinque annis cathedram sacerdotalem tenuit usque ad ultimum annum Neronis.i. 14. a quo fixus cruci martirio coronatus est capite a terram uerso & in sublime pedibus eleuatis asserens se indignum, ut sic crucifigeretur, ut dominus suus. Ecce quod Hieronymus appellat Petrum principem apostolorum, & introitu missæ diei festi cathedre sancti Petri dicitur statuit ei testamentum pacis & principem fecit eum ut sit illi dignitas in æternum. Ecce, quod uniuersalis ecclesia appellat ipsum Petrum principem. Nam si alij Apostoli fuissent pares Petro in administratione, ut tu Marti-

Hieronymus.

ne asseris ludibrio Petrus appellaretur princeps, quia esset princeps nullatenensis, ut in cle. in plerisque de
Belzebub elec. Sicut Belzebub de quo in Euangelio in Belzebub demonia eijcis. Lucæ. 11. & Marci. 3. Belzebub autẽ princeps uel uir muscarum dicitur ut tenet Archi. in prin. 21. distin. quòd dicendum non est. Et hoc etiã præfiguratum erat in Moyse, qui a Deo constitutus erat tutor & defensor & liberator populi, ut attestatur Ni. de lyra. Actuum. 7. c. in uerbo quoniam Deus, & in uerbo quis constituit te. Nam dicta & facta in testamento ueteri erant & sunt figuratiua in testamento nouo, teste Apostolo. 1. ad Corin. 10. ubi dicitur hæc autem omnia in figura contingebant illis & . 2. ad Corin. 3. & ad Gala. 3. ubi dicit, quòd litera occidit, spiritus autem uiuificat.

Insuper Petrus est tripliciter exaltatus, & ideo triplex festũ de eo celebratur, quod de nullo alio apostolorum legitur factum fuisse. Primo exaltatus est in ecclesia militantium eidem præsidendo, & eam in fide & optimis moribus laudabiliter regẽdo. Ad quòd pertinet festum cathedrę sancti Petri.

Secundo in ecclesia malignantium ipsum. s. dissipando & ad fidem conuertendo, ad quod pertinet festum secundum. s. sancti Petri ad uincula. Tunc enim ecclesiam malignantium dissipauit, & plures ad fidem conuertit. Tertio in ecclesiam triumphantium ad quod tertium festum pertinet. s. festum passionis eius. Rursus fit festum triplex, propter alias quinq; ratio-

nes primo propter priuilegium, fuit enim præ alijs priuilegiatus. Ideo magis honoratus auctoritate. Nã fuit princeps apostolorum, ut præmissum est, & claues regni cœlorum à Christo accepit auctoritatibus superius pluries allegatis. Fuit etiam feruentior cæteris in Christi amore & efficatior in uirtute. Nam ad eius umbram sanabantur infirmi. Actuum. 8. Secũdo propter officium. Ipse enim officium prælationis super uniuersam terram habuit, quæ in tres partes mundi diffusa est. s. Asiam, Africam, Europam. Et ideo ecclesia ter in anno pro eo solẽnizat. Tertio propter beneficium. Quia ipse qui potestatem ligandi & soluendi habuit liberat nos a tribus generibus peccatorum. s. cogitationis locutionis et operationis, uel quia in Deum, in proximum & in nos peccamus. Et hoc bonum potest esse triplex bonum quòd uirtute clauium peccator in ecclesia consequitur primum est absolutionis reatu ostenso. Secundum est pene purgatorij in tẽporalem commutatio. Tertium pene temporalis secũdum partẽ relaxatio. Quarto propter debitũ quia. s. tripliciter pauit & pascit nos. s. uerbo exemplo, & tẽporali subsidio. Quĩto ꝓpter exemplum ut. s. nullus desperet etiam si tertio Christum negauerit sicut ille, si tamen uelit cum eo. Deum corde ore & opere confiteri. hæc sunt uerba Guiel. duranti libro diuinorum offitiorum de Cathedra sancti Petri.

Legimus etiam beatum Andream Apostolũ fratrem Petri spiritu sancto detulisse Petro. quia Petrus ca-

pite ad terram uerso & pedibus in sublime eleuatis in cruce ligatus mori uoluit, indignum se existimans, ut crucifigeretur ut dominus suus ut prædictum est. Ipse uero Andreas ligatus in cruce in latus mori uoluit indignum & imparem se existimans ut crucifigeretur ut Petrus princeps apostolorū, ut attestatur Iacobus de uoragine in uita beati Andreæ apostoli. Et hoc etiam probatur. Quia translato sacerdotio necesse est ut etiam legis translatio fiat dicto. c. translato, & ibi glo. dicit translato sacerdotio Leuitico in Petrum per illa uerba pasce oues meas. 10. 10. & .d. c. significasti de elec. uel secundum alios per illa uerba. Ite & docete &c. Mat. ulti. c. proprie de conse. di. 4. Et cum sacerdotio translata est lex. Et ista legis obseruatio non est penes Iudeos. sed penes Petrum & successores ut dicit glo. in. d c. translato. Et quòd translatum fuerit sacerdotium in Petrum probatur in. dicto. c. in nouo. 21. di. Ratio autem quare potius Petro quam alijs discipulis seu apostolis traditæ sunt claues Regni cœlorum, assignatur per Nico. de lyra. Mat. 17. In uerbo assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioannem, uidelicet propter prerogatiuam eminentiæ spiritualis inter alios. Petrus enim propter feruorem fidei erat inter alios principalis propter quod datæ sunt sibi claues ecclesiæ ut patet in præcedenti c. feruorem autem dilectionis demonstrauit cum solus exemit gladium & amputauit auriculam Malco ut dominum suum a manibus Iudeorum liberaret.

Quare claues potius Petro quam alijs apostolis traditæ sunt.

Petrus magis amabat Christū quā alij apostoli.

Mat.26.Lucæ.22.Mar.14.Ioan.18.c.ſi Petrus. 23.queſtio.1. Et poſt reſurrectionem cum audiſſet a Ioan. Dominus eſt Petrus ſuccinxit ſe(erat enim nudus) & miſit ſe in mare. Alij autem diſcipuli nauigio uenerunt Ioan.21. Ioannes excedebat alios in prerogatiua uirginitatis propter quod erat Chriſto magis familiaris. Iacobus quia fuit primus inter apoſtolos qui paſſus eſt martirium propter Chriſtum. Idem dicit Ni.de lyra. Mat.25.in uerbo reſpondens & ſequen. uerbo. & Ioan.21. in uerbo dicit ei ſequere me ubi dicit q̃ poſtquam Chriſtus impoſuit Petro paſtorale offitium & ei prædixit ſuum martirium incepit ire & tunc dixit Petro tu me ſequere .ſ. gerendo uices meas in duobus prædictis in admiſtratione & martirio ut etiã ſubdit Ni.de lyra in ſequen. uerbo qui etiã recubuit,dicẽs q̃ dicta uerba a Chriſto dicta fuiſſe ad oſtẽden.excellẽtiã Petri. Cui cõmẽdauit eccleſiã ſuã magis quã Ioãni quãuis Ioãnes ſibi eſſet multũ familiaris,ĩmo cõsãguineus & cõſobrinus.Subdit ẽt Ni.de ly.ibidẽ ĩ uerbo ſic eũ uolo manere q̃ ſi dixerit nolo eũ mori p martiriũ nec ĩ hoc me ſeq̃ quãtũ ad p̃latiõis officiũ ĩ regimine uniuerſalis eccleſiæ tecũ ſed magis uolo eũ occupari ĩ q̃ete cõtẽplatiõis. p q̃ uerba ſic(ut p̃mittiť)expoſita liq̃do et luce meridiana clarius cõſtat terminatã et diffinitam dubiũ per te Martine p̃poſitũ regimẽ uniuerſalis eccľæ non fuiſſe ap̃ oẽs apľos(ut tu temere aſſeris)ſed ſolũ apud Petrũ & eius ſucceſſores a quo alij apoſtoli aſſũmũt uigorẽ

Ioãnes excellebat alios apoſtolos uirginitate.

ſicut palmites a uite ſine qua areſcunt, & fructum non afferunt palmites,ut inquit Io. 15. unum præterea mihi occurrit a nemine tactũ quod meminerim. Quod Chriſtus dixit Petro,diligis me plus his Io.21. Et ſic Chriſtus in comparatiuo plus ad demõſtrandũ quòd plus diligeretur à Petro quam ab alijs apoſtolis. Et ideo conueniens fuit ut uniuerſo gregi ſuo præficeretur ratione prædilectionis.quia cui plus dimittitur uel donatur uiriſimiliter plus diligit.Lucæ.7.c. Et ideo non immerito dicitur,quòd papa fuit aſſumptus in plenitudinẽ poteſtatis.Alij autem prælati in partẽ ſollicitudinis.c.ad honorem de aucto. & uſu pal. Et ad hoc faciunt quæ dixi in uerſ.præmitto etiam, q̃ ex omnibus. Meditanti quoq; mihi dicta uerba.Tu es Petrus &c.Succurrunt quædam noua miſtica & fragrantia a nemine forte excogitata ad rem noſtram(ut arbitror)facientia. Nam mutato propriè nomine Simonis,Chriſtus uocat eum Petrum aludens,illud nomen ad Petram mutata ultima ſillaba us in a inferens Petrũ in offitio,quod ſibi daturus erat debere eſſe ſolidum ut petra. Petra autem erat Chriſtus.1.ad Corin.8.Ex quo uerbo patet Petrum repreſentare uniuerſalem eccleſiam & Chriſtum & eius uices in terris gerere & fungi eius offitio.1.c.quanto de trãsla. præla.cum cõcor.Ibi in glo.allegatis in uerbo uicem Dei,unde Petrus a petra,quod eſt Chriſtus ſecundum apoſtolum proxime allegatum non autem petra a Petro dictum eſt.Et ſubdit,et ſuper hanc petram.ſ. Pe-

trum edifi. eccle. meã. c. fundamenta in prin. de elec. in 6. cum concor. ibi allegatis. Ponderanda etiam sunt uerba Christi. Nã ante dicta uerba tu es Petrus &c. Interrogauit Christus omnes apostolos dicens uos autem quem me esse dicitis, & postea direxit sermonẽ suũ ad Petrũ tãtũ, Beatus inquiens es Simon Bariona &c. Nam si uoluisset alios apostolos esse pares Petro continuasset sermonem suum incoatum i omnes nõ dixit uos autẽ quẽ me esse dicitis loquendo in plurali, & dixisset beati apostoli uel discipuli mei sed omisso plurali locutus est Simoni in singulari. Beatus es Simon Bari. &c. a uerbis enim non est receden. c. ad audientiam in fi. de deci. cum concor. ibi allegatis & pondero quòd Christus appellat Petrum beatum quòd illius responsio processit ex reuelatione diuina uidelicet q̃a caro non reuelauit tibi. sed pater meus qui est in coelis. Item non dixit non reuelauit uobis omnibus, sed tibi. Item non dixit super uos edi. ec. me. sed in singulari super hanc petram loquendo de Petro. Item dicta uerba. Tu es Petrus & ca. & sanguis non re. ti. non conueniunt alijs apostolis sicut Petro ut posit dici petra, ut est optimus tex. in. c. consyderan. 50. di. ibi dicitur consyderan. nobis est, cur omnipotens Deus eum, quem cunctæ ecclesiæ preferre disposuerit ancillæ uocem pertimescere & seipsum negare permisit magnũ esse actum pietatis dispensatione cognoscimus, ut is q̃ futurus erat pastor ecclesiæ in sua culpa disceret qualiter alijs misereri debuisset. Prius itaque eum ostẽdit

ſibi & tunc præpoſuit cæteris ut ex ſua infirmitate agnoſceret quam miſericorditer alienas infirmitates tolefaret, hæc ſunt uerba Grego. *in omelia dominicæ reſurrectionis &.c.fidelior ea. diſtinctione.* In*quit* Ambroſius *omelia libro primo, fidelior factus eſt* Petrus *poſt quam fidem ſe perdidiſſe defleuit atque ideo maiorem gratiam reperit, quam amiſit, tanquam enim bonus paſtor tuendo gregem accepit, ut qui ſibi ante infirmus fuit fieret omnibus firmamentum, ut qui ſe interrogationis tentationem mutauerat, cæteris uere fidei ſtabilitate fundaret, denique propter fidelitatem deuotionis eccleſiarum petra dicitur, ſicut ait dominus,* Tu *es* Petrus *&c.* Petra *enim dicitur eo quod primus in actionibus fidei firmamentum poſuerit, & tanquam ſaxum immobile totius corporis chriſtianitatis, compagem molemque contineat, hæc* Ambroſius. Non *tantummodo inficior fundamenta militantis eccleſiæ, id ſcta eſſe in montibus ſanctis, qui dicuntur* Apoſtoli, *& prædicatores, teſte propheta pſalmo* . 86. *incipiente fundamenta in montibus ſanctis, ſcilicet* Petro *apoſtolorum principe, per prædicta dicto.* c. *fundamenta in principio de electione in ſexto, ad hæc faciunt, quæ ſupradixi in uerſiculo præmitto etiam quod ex omnibus & ſic ex præmiſſis patet,* Petrum *bis fuiſſe electum in principem apoſtolorum, ut prædictum eſt primo à* Chriſto, *ſecundo ab alijs apoſtolis ſicut etiam in inſtitutione regis à* Deo *per legem or-*

dinatam, duo requirebãtur alterum ex parte instituentis, scilicet quod diuina prouidentia fuisset electus alterum quod populus cum reciperet ponendo ipsum electum supra se regem quod clare declarant uerba Deutero.c. 17. uoluit institutione regia, agitur ibi enim dicitur ipsum ponas super te regem, quoniam dominus tuus elegerit ex quibus uerbis patet quòd acceptatio populi necessario requirebatur, ad executionem regiæ potestatis post diuinam electionem alias sola electio diuina inanis erat quod, & liquido patet fuisse obseruatum in Saule, qui licet primus fuisset unctus in regẽ à dño Deo p Samuelẽ, ut patet. 1. Reg.c. 10. ulterius fuit ĩstitutus a populo. ĩ regẽ, ipsũ recipiendo, ut patet. 1. Reg. c. 11. et ut diffusius in apostilla ad Ni. de lyra. 1. Reg. c. 28. incipiẽte nulla rationũ et hoc etiã clare ꝓbatur ibidẽ in fi. ubi dicitur certe uidetis quoniã elegit dñs quoniam non sit illis similis in omni populo et clamauit oĩs populus et ait uiuat rex & idẽ. 2. Regũ. c. 2. circa prin. Idẽ patet in Mathia, q̃ licet sup eũ sors cecidisset tamẽ ab apostolis receptus fuit. Actuũ. 1. sic in matrimonio carnali quòd licet solo consensu uiri & mulieris contrahatur quo ad Deũ & ecclesiã triũphantem. c. sufficiat. 27. q. 2. c. cũ locũ c. cũ nõ apud. c. tuæ. c. tua de spon. cum cõcor. Tamen quo ad ecclesiã militantẽ reqrũtur uerba uel signa cõsẽsum utriusq; exprimẽtia uel denotãtia iuribus ꝑalle gatis. sic ĩ baptismo ĩ quo reqrĩt uerbũ et aq̃ q̃ corpus tãgit, & cor abluit, nam in ipso uerbo aliud est sonus

transiens aliud uirtus manens.c.detrahe.1.q.1. Hosti. in summa de Baptis.§.1. in fi. Breuior fuissem in his scriptis. Si non accepissem te negare Petrum post ascẽsionem dominicam a coapostolis suis in eorum principem fuisse electum & te non credere sacre sinodo.c.sacrosancta.22.di.attestante Petrum post ascensionem domini ab alijs coapostolis fuisse in eorum principem electum & ualde miror de hac tua incredulitate, ut credamus Platoni, Aristotili, Auicene, Galieno, Salusto, Titoliuio patauino, Homero, Virgilio, Demosthe ni, Ciceroni, & alijs scriptoribus, et tu uis credamus tuis nugis & nubis argumentis sine iuribus & ut ui dearis omnibus alijs doctior. Dicis te non credere sacræ sinodo prædictæ cui de necessitate salutis credere teneris ut etiam infra dicetur. Cum sacra sinodus legitime & rite congregata habeat potestatem à Deo ut tenet Feli.in.c.nõnulli.4.colum.in fi.de rescriptis referens Platinam de uitis pontificum loquẽtẽ de Io.põ. 23.attestantem, ita fuisse decisum in concilio Constantiensi, quod ego approbo auctoritate euangelica, ubi inquit Christus fuerint duo uel tres congregati in nomine meo ibi in medio eorum sum. Mat.18.c.audiuimus circa me.24.q.1. Et euntibus duobus discipulis Cleopha & Luca post Christi resurrectionẽ in Emaus loquentibus de Christo apparuit illis Christus, ut peregrinus Lucæ.24.& postea.11. discipulis in unum congregatis propter metum Iudeorum bis uenit Iesus & stetit in medio eorum & dixit, Pax uobis Io.

20. Et recumbentibus. 11. discipulis apparuit illis Iesus & exprobrauit incredulitatem eorum &c. Mar. ulti. Et. 11 discipuli abierunt in Gallileam ubi constituerat eis Iesus, quibus ipse dixit. Data est mihi ois potestas in cœlo & in terra. Euntes ergo docete etc. Mat. ulti. Nam Deus per ora principum promulgat uerba. 8. di. quo iure & spiritus sanctus præsumitur loqui per os eorum qui simul in concilio generali, ut dicit. d. Ab. in. c. licet ex quadam. 2. colum. in prin. de testi. allegat. c. si ille. 50. di. & Luc. 4. melius allegasset Luce. 10. ubi dicitur, qui uos audit me, audit & q uos spernit me spernit, & qui me spernit spernit eũ qui me misit, transumptiue in. c. in nouo testamento 21. di. Et ibi dicitur, quòd clerici Dei legatione funguntur. Idem dicit tex. in. c. accusatio in fi. 2. q. 7. & c. nulli in fi. 3. q. 1. & c. omnes circa me. 7. q. 1. & in c. habet ea cau. q. 5. & ad principale propositum est op. tex. in. c. maiores. 24. q. 1. Cayphas enim dixit expedit uobis ut unus moriatur pro populo ne tota gens pereat, hoc autẽ a semetipso non dixit, sed cũ esset põtifex anni illius prophetauit. Io. 11. Mali enim possũt habere dona spiritus sancti, sed non spiritum sanctum ut dicit Archi. in. c. de illis. 24. q. 3. & Saul dum persequeretur Dauid prophetauit, ut attestatur. d. Abb. in. c. 1. 2. not, de re. & ue. san. Balaam fuit uerus propheta licet malus homo. Num. 24. & Nico. de lyra. Ioan. 11. c. in uerbo dederat enim si in concilio impiorum, ut erat concilium iudeorũ locutus fuit spiritus

Mali possũt habere dona spiritus s. sed non spiritum sanctum.

per os Cayphe & sic per uirum iniquissimum,ut pre missum est multo fortius loqtur in concilijs pbatißi= morũ ꝑlatorũ et sacerdotũ,ut credendũ est fuisse in ꝑ dicta sacra sancta sinodus.22.dist.Nã & multa alia signa fecit Iesus in cõspectu discipulorum suorũ, quæ non sunt scripta in Euangelijs,inquit Io. 20 .c. & in fi.sui Euangelij dicit sunt & alia multa quæ fecit Ie= sus,quæ si scribantur per singula nec ipsum arbitror mundũ capere posset eos qui scribẽdo fiunt libros ma xime patet in his uerbis,quæ dicta sunt a Christo,bea tius est dare quã accipere.c.cum marte de cele. missa. quæ apostolus dicit dicta fuisse a Christo,& tamẽ non sunt scripta in Euangelio, ut attestatur Ni. de lyra. Actuum.20.in uerbo quoniã ipse dixit & idem atte= statur Guiel.duranti in lib.diui.offi.de sexta particu la canonis.3.col in prin.inquiẽs.hæc autẽ tria com= memorantur,quæ nullus euangelistarum describit ui= delicet eleuatis oculis in cœlũ etc.usq; discipulis suis. Itẽ eterni testamẽto,item minysterium fidei quis ergo tãtæ audaciæ existit,ut hoc de corde suo tẽtauerit in= terponere extra de cele.missa.c.cum marte sane for= mam ipsam uerborum ab ipso Christo acceperũt apo stoli & ab ipsis ecclesia,multa quidẽ tam de uerbis, quã de factis Dominicis propter breuitatem præter= miserunt euangelistæ quæ tantũmodo apostoli supleue rũt,ut est q apostolus ait in epistola ad Corint. uisus est plusquã quingẽtis fratribus simul deinde uisus est & Iacob deinde apostolis omnibus, nouißime autem

tanquam abhortiuo uisus est & mihi in.6.quoq; lib. diui.offi.prædicto de parasceue.3.col.in fi. legitur q. Christus in cruce pendens prolixa orauit decantans decē psalmos, scilicet Deus Deus respice in me, usque in te domine speraui, & cum peruenisset ad locum illū In manus tuas domine comēdo spiritum meum, emisit spiritum, Quod & summus poetarum Virgilius. 6. Eneidos diuino (ut creditur) afflatus spiritu cōmemorat. Talia præstabat memorans fixusque manebat. Lucas autem c.23. refert tantum hæc uerba in manus tuas, d.c. sp.m. tacens psalmos prædictos. Nicol. quoque de lyra.1.ad Corin.11.in fi. in uerbo disponam dicit ex dicto uerbo patere quòd ecclesia multa tenet ex ordinatione apostolorum, quæ tamen non habētur in sacra scriptura expresse, & per hoc dicit sequendam esse consuetudinem ecclesiæ. Item Nicola. de ly. 2. Regum.c. duodecimo in uerbo & uxores dicit: multa testamenti ueteris scripta non esse. Omnia ergo dicta gesta facta Christi, & apostolorum scripta non sūt, ut patet ex pmissis, sed multa ēt a poetis christianis maxime a Sedulio et a Ratore qm̄ ego puer ppriis manibus trāscripsi de gestis aplorū scripta reperiuntur, nec est uerisimile q. pfata sinodus assereret apostolos cōstituisse Petrū eorū pricipē si hoc nō inuenissēt scriptis i lib. autēticis approbatissimis auctoribus et ad cōprobā. autē. d. sacrā sinodū inumeras supra retuli diuias et humanas auctoritates qbus liqdo patet Petrū a quo aplis suis fuisse i principē eorū electū.

Christus in cruce fixus & pendens cantauit. x. psalmos.

Præmitto etiam, quòd omnimoda iurisdictio & potestas est tam in malo principe, quam in bono, & sic malignitas seu iniquitas non minuit, nec extenuat iurisdictionem, seu nihil detrahit de iurisdictione principis ar. in. c. ulti. 15. q. ult. & in. c. uestra de coha. cle. & mul. Et ita honorandus est malus princeps sicut bonus. Nam malis prælatis obediendum est, nisi ì his quæ contra Deum et diuina præcepta manifestè sunt & habendi in reuerentia, quandiu in offitio suo tollerantur. exemplo Dauid qui uenerabatur Saulem regem licet non ignoraret illum esse uirum iniquum, & à Deo reprobatum, ut dicit Ni. de lyra. Math. 23. in uerbo omnia ergo. Et patet etiam exẽplo Christi, qui seruauit honorem pontificibus & sacerdotibus, quãuis illi, nec timorem Dei, nec agnitionem Christi seruassent, nam cum leprosum mundasset, illi dixit: Vade & ostende te sacerdotibus. & offer donum licet sciret sacerdotem sacrilegum. Lucæ. 5. & Mat. 8. §. hoc quidem uers. hinc est de peni. di. 1. c. ante baptismum de conse. di. 4. c. dominus noster. 93. di. Et cum accepisset alapam & ei diceretur sic respondes pontifici nihil contumeliose locutus est, sed humiliter respõdit. Si male locutus sum testimonium perhibe de malo. si autem bene quid me cedis. Ioan. 18. §. ecce. 2. q. 7. c. paratus. 23. q. 1. d. c. dominus noster, & uoluit iudicari à Pilato, & illudi ab Herode. Lucæ. 22. Math. 16. Mar. 14. Ioan. 19. Et Christus dixit super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisei. Omnia ergo quæcunque

Iurisdictio est tñ in malis principibus, quã in bonis.

Dauid uenerátus est Saulem Regem licet iniquũ

cunque dixerint nobis seruate & facite, secundum uero opera eorum nolite facere. Dicunt enim & non faciunt. Mat.23.c. omnia. 1. q.1. & glo. in cle.1. in uerbo detrahunt in fi. de priuil. Et ponderandum, quod Christus usus est, uerbo imperatiui modi, seruate & facite. Imperatiuus autem importat necessitatem cle. exiui de paradiso paragr. cũ ad quãdã de uer. signi. c. in his uersi. Item secundum Grego. eo. tit. Et optimus pceptor meus in canonibus Alex. Neus in. c. nã concupiscentiã. 6. col. in fi. de constitu. Et Petri. c.2. subditi estote omnu humanæ creaturæ propter Deum siue regi tanquam præcellenti siue ducibus tanquã ab eo missis, ad uindictam malefactorum, ad laudem uero bonorum. Subditi estote in omni timore domini non tantummodo bonis & modestis, sed etiam discolis. c. Solite de ma. & obedien. & glo. plt. in. l. Deo nobis paragr. his. Itaque. C. de epi. & cle. c. magnum. 11. quest. 1. Nam propter peccata populi Deus permittit malos principes regnare. c. audacter. 8. questione prima, & pro hoc glo. nota. in. c. suscitatus in uerbo diuinis. 7. questio. prima, & ad hoc facit quod notat. Alexander Neuus in. c. sicut. 2. colum. de re indica. qui dicit acta iuditiaria præsumuntur bene gesta licet iudex sit iniquus propter auctoritatem iuditiariam, dicens hoc esse dictum Bal. Ibidem pro quo dicto dicit ibi esse optimum. tex. Addo Pau. ad Heb. 13. Qui sic inquit obedite principibus uestris & subijcite eis. Ipsi enim peruigilant Paulus apostolus.

qui pro animabus uestris rationē reddituri. Et cū *gaudio hoc faciunt & non gementes & ad* Roma. 13.*Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita est.* Non enim est potestas nisi a Deo. *Quæ autē sunt à* Deo *ordinata sunt.* Itaque *qui resistit potestatē* Dei *ordinationi resistit.* Quia *autem resistit ipsi sibi damnationem acquirit.* Nam *princeps non sunt timori bo ni operis sed mali uis autem non timere potestatem bonum fac & habebis laudem ex illa.* Dei *enim minister est tibi in bonum.* Si *autem malum feceris time.* Non *enim sine causa gladium portat.* Dei *enim minister est uindex in iram ei qui malum egit.* Ideoq; *necessitate subditi estote non solum propter iram: sed etiam propter consciētiam.* Et *qui non obedierit principi morte moriatur.* Deu.17.*c.2.de ma.& obe. & glo.ibi.in uerbo principi expōit.i.papæ, & idem tenet ibi* Inno.& *de conse. di.* 4.*c. corpora sic econuerso imperator appellatur* Pontifex.10.*di. de capitulis.* Et *qui non obedit prælato dicitur eius inimicus ut est glo.not.in.c.si quis* Diaconus *in uerbo inimicus.*50.*distin.*

Principes portant gladium propter malos.

Potestas legis condendæ est tantū apud papā.

Præmitto etiā, q; *potestas legis condendæ et ipsam immutādæ est penes uicariū* Christi.*i.papā.d.c.träslato de constit.cuius uerba sunt hæc translato sacerdotio necesse est,ut legis translätio fiat.* Ad Hebr.7. & *ita dicit in.c.translato summatur a* But. Ioa.de Imo. Alex.*ne.præceptor meus in canonibus,* & Feli. & *alij doc.ut præmissum est.unde ex eo.tex. inferunt* q;

potestas legis condendæ olim & hodie fuit & est penes sacerdotes. Sacerdos autem dicitur papa.c.per uenerabilem qui fi.sint legit.& non penes laicos,& sic laici nunquam habuerunt potestatem legis condendæ, & licet Imperator ante aduentum Christi receperit potestatem a populo.l.2.ff.de ori.iur.& insti.de iure nat.gen.& ciui.§.sed & quod principi placuit illa potestas fuit abusiua & de facto assumpta.

Nam populus non habebat potestatē condendæ legis & si habebat,dic mihi a quo habuit,& si non habebat populus potestatem quomodo illam principi dare potuit,cum nemo dat quod non habet, nec plus in alium transferre potest,quam ipse habeat.l. traditio ff.de aqui.pro re.do.c.consultationibus de iu.patro. nuper de do. inter ui. & uxo.c.nemo de re.iu.in.6. cum concor. & ideo necessarium fuit, quod potestas populi data Imperatori cōfirmaretur per papam siue per ecclesiam,quod exercitium, ut not.in.c. nouit de iudi.& Inno.in.c.licet ex suscepto de fo. compe. facit.c.relatum.11.q.1.ubi patet quòd omnes causæ in primitiua ecclesia ad ecclesiam deferebantur.hæc sunt uerba Anto.de But.Ioan.de Imo.& Alex.ne.in.d.c. translato.3.colum.Tertio not.de constit. cum aliquibus inter me interpositis,pro hoc facit illud.Ioan.7. ubi Christus dicit Iudeis.Nonne Moyses dedit uobis legem.Exo.20.Et Deut.31.& nemo ex uobis facit legē,Papa aūt est successor Moysi,qui habuit utrunq; gladium spiritualem & temporalem,ut est glo. not.

sæpius præallegata in.c.causam.2.in uerbo ad Regem in fi.qui fi.sint legit. & Hosti.in summa eo.tit.§.qualiter & a quo.3.col.uers.tum auctoritatibus sanctorum,qui dicit q̃ quamuis iurisdictiones sint distinctæ quoad executionẽ, tamen imperator ab ecclesia Romana imperium tenet & potest dici eius offitialis seu uicarius.Nã ab ecclesia Romana in p̃sona Magnifici Caroli a Græcis transtulit imperiũ in Germanos. Et papa ipsum confert ungit coronat & reprobat, & etiam deponit.c.uenerabilẽ.§.1 et.2.de elec.Nec etiã lex Imperatoris ligare potest nisi illos quos Romanorum lex tenet & ecclesiæ catholicæ sanctio quia extra non est imperium,ut auten. de non. alie. aut permu.re. eccle.§.p̃t colla.2. ergo papa superior est.c. in notuit de elec.ff.de arbi.l.nam magistratus de ma. & obe.cũ inferior.Verum tamen quod rite factum est per Imperatorem in tẽporalibus non debet infringi per papã,nec debet se intromittere de subditis imperatoris,nisi forte in casibus sicut dicitur de archiepiscopo quo ad subditos suorũ suffraganeorũ, ergo uacante imperio uel regno succedit papa.c.cum inter uniuersas de elec.nec mirũ,quia Christus reliquit ipsum successorẽ seu uicariũ suũ proximiorẽ & maiorẽ c.per uenerabilẽ paragr.sane qui fi.sint legi.&.c.quãto de trãsla.p̃la.ergo quo ad administrationẽ unum caput est tantum.s.papa. Nam unus debet tantum esse caput nostrum dominus spiritualium & temporalium,quia ipsius est orbis et plenitudo eius.c.tua no-

bis de deci. qui omnia cõmisit Petro. c. solitæ de ma. et obe. c. significasti de elec. in fi. Et Petrus utrũq; gladiũ habuit unde dixit, Ecce duo gladij hic omisit allegare Lucæ. 22. Ideo etiã dñs dominorũ nõ sine causa dixit Petro & tibi dabo claues regni cœlorũ, notandũ non dixit clauem, sed claues. In plurali. s. duas unam qua claudat & aperiat liget & soluat, quo ad spiritualia. Aliã qua utatur quo ad tẽporalia de quo etiã per Hosti. in summa de remissio. §. 1. cum enim unũ corpus simus in Christo pro mõstro esset, q̃ duo capita haberemus. c. quoniã de offi. ordi. hæc sunt uerba Hosti. in d. §. qualiter et a quo. Et est mirabile in oculis nostris quod nomẽ Cæsaris præbuerit causam mortis Christo uidelicet, Si huc dimittis non es amicus Cæsaris, omnis qui se regẽ facit contradicit Cæsari. Nã hoc sermone audito Pilatus tradidit Christũ Iudeis crucifigendum. Io. 19. Et seruus Christi Petrus successerit in locũ Cæsaris & maior est Cæsare iuribus proxime supra allegatis. Et si Imperatori licet facere leges. l. 2. ff. de ori. iure. & in probe. institu. & insti. de iure na. gen. & ciui. §. sed & quod principi. l. 1. §. cum enim. C. de ue. iure enuc. glosa in. c. primo de transla. prælato. c. nouit de iudi. Multo magis licet summo pontifi. Cum maior sit papa, quam sit Imperator, & sacri canones dicant longe præstantiorem & pretiosiorem esse dignitatem sacerdotalem diademate principum, quam sit aurum, plumbo, & sol alijs syderibus. Quippe cum uideas

Nomen Cæsaris p̃buit causam mortis Christo.

Regum colla & principium subiici gentibus sacerdo tum, & osculata illorum dextera & eorum orationi bus credant se communicari uel muniri. c. duo sunt quippe in fi. 96. distin. præmissa comprobat Inno. in c. licet ex suscepto de fo. compe. dicens q; Deus a prin cipio creauit cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt angelicam & humanam naturam spiritualia & temporalia ipsaque per seipsum rexit, sicut factor rem suam gubernat, & homini quem fecit præcepta dedit & transgredienti pœnam imposuit. Gene. 2. Ex omni ligno &c. Ipsis etiam peccantibus pœnam impo suit per seipsum. s. Adæ & Euæ. Gene. 3. mulieri quoq; dixit &c. Et ibi Adæ uero dixit &c. Qualiter autē Chayn per seipsum punierit, Lamech & Chayn, & quosdā alios eo. lib. Gene. 4. & 5. legitur. Ego addo q; Deus populum Israelem elegit sibi in specialem & peculiarem præ cæteris, populis secundum, quod dici tur Deute. 7. Te elegit dominus Deus tuus ut sis ei populus peculiaris & cunctis populis, qui sunt super terram. Ideo uoluit ipse esse rex immediatus illius po puli propter quod ei dedit legem in monte Sinai per se ipsum. i. per angelum in personam illius loquentem & nō per hominem mediatorem, ut diffusius per Ni. de lyra. 1. Regum. c. 8. ultima postilla circa fi. & sic recto mundo per seipsum Deum, usque ad Noe. Ex tē pore Noe cœpit Deus creaturas suas per ministros regere. quorum primus Noe de quo quod fuerit rector populi ex eo apparet, q; sibi dominus gubernationem

archæ per quam ecclesia significatur commisit. Gene. 5. & 6. c. item quia etiam dominus Noe & filijs re-ctoriam & legem dedit. Gene. 9. Et de Noe licet non legatur sacerdos fuisse, offitium tamen sacerdotis exercuit statim post ingressum archæ, antequam leges populo daret Gene. 8. In hac autem uicaria successerunt Patriarchæ, Iudices, Reges, Sacerdotes, & alij qui per tempora fuerunt in regimine populi iudeorũ & sic durauit usque ad Christum, qui fuit naturalis dominus & rex noster, de quo dicitur, Deus iuditium tuum Regi da &c. psal. 71. Et ipse Christus Iesus uicarium suum constituit Petrum, & successores suos quando ei dedit claues regni Cœlorum. Et quando ei dixit pasce oues meas. Ioan. 10. & .d. c. significasti. Et idem dicit Ni. de lyra lib. Iudicum in prin. & lib. 1. Regum in prin. Et Oldra. consi. 69. incipiente. Consueuit dubitanti. 2. colum. uers. Deus qui cuncta creauit. & .d. Ab. in. d. c. licet ex suscepto. 7. colum. uersi. sed cõtra p̃dicta faciũt ad prædicta, quod Isaac dixit Iacob filio suo, Esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. Gene. 27. dicit Iacob, Descendit Christus. Mat. 1. ut præmissum. Ex his liquido constat, unde scriptum est, quod potestas legis condendæ, solum spectat ad summum pon. ut præmissum est. Quod etiam approbat Ni. de lyra qui exponit Deus iudicium tuum regi da, idest tu Deus pater da Regi Christo potestatem iuditiariam quod factum est ut habetur Io. 5. pater omne iuditium dedit filio,

et Iustitiam tuam.i.potestatis tuæ prædictæ executionem filio Regis.i.Christo qui secundum deitatem filius est Regis æterni.s.Patris. & secundum humanitatem est filius Dauid Regis ut habetᷓ Mat.1. qui descendit de ipso Dauid secundum carnem. ad Ro.1. & secundum utrunq; naturam data est ei potestas iuditiaria. Licet enim eadem sit potestas patris & filij in diuinis. Tamen habet illam filius a patre sicut et substantiam similiter secundum humanitatē data est Christo potestas iuditiaria quia in extremo iuditio apparebit in forma humana, in qua fuit iudicatus a Pilato. Idem dicit Ni.de lyra psal.9.in uerbo.sciant gentes, & Mat.16.in uerbo in gloria patris, hæc ergo potestas legis condendæ data fuit Petro & eius successoribus (ut præmissum est) & etiam per illa uerba, tu me sequere. Ioan.21.ubi Ni.de lyra exponit: Tu me sequere in administratione & martirio, ut etiam supra dictum est uers. & hoc etiam probatur. Ex quo sequitur quòd libri iuris pontificij, uidelicet liber Decretalium: liber sextus & clementinarum sine diuina auctoritate condita & digesti, & ab omnibus summa ueneratione seruandi.c.1.& .c.ne innitaris de consti. cum concor.ibi allegatis sicut decreta sanctorum patrum collecta in libro Decretorum adeo ut qui transgreditur canones credens Romanam ecclesiam, seu summum ponti non habere potestatem condendi canones de tali transgreßione punitur ut hereticus, ut est glo.ualde not. in.c.generali in uerbo inhibemus de

Non credēs papam posse condere legem est hereticus cēsendus.

elec.in.6.& in.c.nulli fas.19.dist. d. Ab.in.c.1.col. 1.de aposta. Et Oldra.consi. 271.incipiente questio ta lis est.1.col.in fi.q notabiliter dicit,q qui de sacramẽ to corporis & sanguine dñi nostri Iesu Christi uel de baptismate siue peccatorũ remißione uel reliquis sacramentis ecclesiasticis aliter sentire aut docere nõ me tuit quam sacrosancta Romana ecclesia prædicat & obseruat hereticus [illegible]sendus.c.ad abolẽdam de here ticis.24 q.3.c.[illegible] illud ergo q Romana ecclesia prædicat & mãdat generaliter obseruari,generaliter est obseruãdũ.11.dist.c.quis nesciat,cũ igitur Roma na ecclesia pdicet & osseruet, q Romæ pñt peccata dimitti,& q papa poßit dimittere peccata aliter sen tiens hereticus est censendus,hoc dictum refert Feli. in tractatu de indulgentijs,incipiente hodie mecum eris in paradiso.1.col.& disputare de potestate papæ est instar sacrilegij,ut dicit Bal. consi. 433. incipiente in Christi nomine,quæritur utrum papa. 3.uol. qui dicit,quòd papa est lex animata in terris,& quodcunq; soluerit super terram &c. Et dubitans de potestate pape est hereticus.Idẽ dicit glo.not.quã ipse nõ allegat in.c 1.40.dist.in uerbo qs.n.ĩ si si multa dixi de beato Petro aplo, & in eius cõmendationẽ et gloriã, sed satis digno cõmendarinõ poßit cũ excedat humanas laudes et alia dixero mirãda mihi.n.ipsi plurimũ gra tulor & gaudeo me illius nomen sortitum esse, quod solũ a Xpo ipositũ legit & inuẽtũ est Io.c.1.et Mar. Alia.n.noĩa,hominum ab hoĩbus inuẽta sũt et iposita

Pro faciliori .n. intelligentia infra dicendorũ,hæc præmiſſa ſint. Aggrediamur, itaque nunc & uentilemus tuas conclusiones pater Martine.maxime.8.horum uerborum canones penitentiales ſolum uiuẽtibus ſunt impoſiti nihilque morituris ſecundum eoſdem debet imponi. Et.26.optime facit Papa q̧ non poteſtate clauis(quam nullam habet) ſed per modum ſuffragij dat animabus remiſſionem,in q[illegible]bus pluſquam in cæteris concluſionibus uerba effu[illegible] [illegible]d illas ſubſtentandas,quia ex illis (ut mihi uidetur) pendent leges & prophetæ tui operis,et aliarum tuarum concluſionũ, Nam primo pro fundamento allegat(ut aſſeris) uulgatam Hoſti. rationem, ſi claues ſe ſe ad purgatorium extenderent poſſent euacuare purgatorium, atq; crudelis eſſet Papa,q̧ non euacuaret purgatorium, & locum Hoſti.non allegas de qua re ualde admiratus,unde euolui opera Hoſti.quæ immenſa ſunt , & maxime ſummam ſuam cũ iunior eſſem caſtigaui, & inſtaurauí. Cuius rei teſtimoniũ perhibet epiſtola mea in principio operis impreſſa & ipſum Hoſti.reperi aliter tenere quam q̧ referas maxime circa uiuentes in humanis quã a te relatum ſit,in titulo de remiſſionibus. §. ad quid ualent. Et ut uideatur an teſtimonium perhibeam ueritati illius uerba hic referre decreui .Quæ ſunt huiuſmodi uidelicet. Ad quid ualent & in quantũ ſuper hoc diuerſæ ſunt opiniones . Nam quidam dicũt q̧ ualent quo ad uenialia , alij quo ad delicta ignominiæ,alij quo ad penitentiam negligenter factam , uel

minus discrete arbitratam & iniunctam, alij quòd in purgatorio tantum. s. quo ad diminutionem pœnæ ipsius. Tu teneas q̃ ualent ad id & in quantum concesse sunt. Cum enim papa uocatus fuerit in plenitudiném potestatis cæteri autem in partẽ sollicitudinis. 2. q. 6. qui se scit. supra de usu pal. c. ad honorẽ, nõ est tutum contra tantam potestatem clauium disputare, ad hoc sup rade exces. p̃la. tanta. 50. di. ponderet de pe. di. 1. agite & cum pro mortali peccato duplex pena debeatur. s. æterna quæ per contritionem minuitur à Deo & temporalis quæ ab ecclesia imponitur, quòd qualiter intelligatur not. supra eo. sub rubrica de peniten. §. quibus & quot dictis sub. §. illud uers. sacerdos & sequen. potest ecclesiæ ministrari ipsam penã temporalem ex causa alleuiare & in totum et in partẽ remittere sicut & not. supra. §. quid remittit uer. remittit igitur sacerdos. Nec refert qualitercunque satisfiat dummodo satisfiat ut patet in his, quæ ibidẽ not. Nam qualitates penitentiarum & tempora sacerdotis arbitrio committũtur depe. di. 1. §. non sunt hæc & not. supra eo. §. quid remittit. Quid ergo si papa facit generalem remissionẽ pro præsidio terræ sancte & aliquis uere penitens & contritus assũmit crucem. credẽs firmiter sibi omnem satisfactionem tẽporalem remitti & sic moritur credendum est q̃ nec purgatorium sentiat, quis si dat elemosinam & indulgentiam naturalem lucretur ualet sibi ad onus penitẽtiæ subleuandum, et hoc propter duo, scilicet deuotam

Nota bene hæc uerba quia sunt cõtra cõclusionẽ luterioꝝ.

Qui plenariam indulgentiam cõsecutus est euolat ad uitam eternã.

rogationem, & obligat eum qui facit remissionem secundum Rai. *Immo propter firmam fidei puritatem ac elemosinæ & clauium potestatem, quid ergo si is cui iniuncta est penitentia septienalis dat.7. denarios pro talibus indulgentijs acquirendis nunquid est omnino liberatus. Scripsit* Rai. *quod hoc non potest scire aliquis mortalis nisi esset sibi diuinitus reuelatum. Nam maioritas & minoritas remissionum attenditur secundum tria .s. maiorem & minorem deuotionem ipsius penitentis & ipsorum qui frangantur & secundum numerum eorũdem quorum mensuram nullus potest scire nisi solus* Deus, *& sic per consequens, neque mensuram remissionis ad hoc de con. di. 4. c. quæris. & di. 5. c. non mediocriter de. pe. di. 1. c. quem penitet in fi. Tu dicas credendum esse q̧ omnino liberatus est de quo dubium non est quo ad ecclesiam militantem. unde nec tenetur ieiunare.* Nam *per indulgentiam iniunctæ penitentiæ remittuntur ut patet infra eo. cum ex eo. §. ad hoc ibi infra. 40. dies de iniũctis penitentijs &c. Sed dices sic peccatum remanet impunitum, quod est contra* Augustinum, *dicentem nullum malum impunitum: nullum bonum irremuneratum. respon.* Nullum *est malum impunitum, quia* Christus *peccata nostra tulit, & pro peccatis nostris mortuus est.* Et *pro nobis omnibus passus est, sed minima gutta sanguinis* Christi *sufficeret ad expiationem omniũ peccatorum, & redemptionem omnium hominum, qui unquam fuerunt uel esse pos-*

Gutta sanguinis Christi sufficiens est ad saluandum totum humanum genus.

sent cum respectu Dei totus mundus nihil est gutta uero sanguinis Christi prætiosa sit. Cum igitur qualitas personæ consueuerit estimationem augere, & respectu filij Dei non sit estimatio aliqua ut patet in his quæ not. supra de maledi. §. qualiter, sub. §. blasphemantes uersiculo eleganter, & sequen. Et filius Dei non solum guttam, sed totum sanguinem fuderit pro peccatoribus. Et præterea martires pro fide, & ecclesia sanguinem suum fuderunt, & ultra quam peccassent puniti fuerunt, restat quòd in dicta effusione omne peccatum punitum est. Et hæc sanguinis effusio est thesaurus in scrinio ecclesiæ, repositus, cuius claues habet ecclesia, unde quando uult, potest scrinium aperire, & Thesaurum suum, cui uoluerit communicare remissiones, & indulgentias fidelibus faciendo. Et sic peccatum non remanet impunitum, quia punitum fuit in filio Dei, & martiribus sanctis suis secundum dominum Hugo. Cardinalem. Nec obstat illud Augustini. quia, aut homo punit peccatum temporaliter, aut Deus punit eternaliter ut innuitur de penitentijs, distinctione octaua. §. finali, quia punitur in confessione, propter uerecundiam, ut patet in his quæ notantur supra sub rubrica de peniten. paragr. qualis sub. §. amara. Item per crucis assumptionem, uel peregrinationem, uel aliam iniunctionem, ergo maioritas, uel minoritas remissionis, non attenditur secundum illa

quæ dixit Rai. sed secundum fidem penitentis & uoluntatem largientis ut not. supra eo. uersi. quid si dat elemosinam. Fateor tamen quòd prælatus indiscrete faciens remissiones huiusmodi se onerat. Et quòd orationes sanctorum ualent peccatori ad gratiæ impetrationem, nec non elemosina ad quod libet de genere bonorum ut not. supra eo. sub rubrica de peniten. §. & an ficte penitenti. Nã et orationibus Danielis solutus est populus Israel a captiuitate per orationem Moysi remisit Deus iram populo Israel & ei peperit, & ad orationem Dauid remoue dominus plagam à populo suo. Et teste Iacobo multum ualet oratio iusti aßidua, quod Hosti. omisit illud etiam consulimus, quod is qui tales remißiones acquisiuit nõ utatur eis in hac uita, sed reseruet in purgatorio. Quamuis enim de neceßitate non teneatur hic faciem penitentiam iniunctam. quia per remissiones huiusmodi, si indiscrete fiãt tamen penitentiæ eneruantur secundum concilium generale infra eo. cum ex eo. §. ad hoc, quia. s. non potest cogi per ecclesiam ad ieiunandum, id quod remissum est per tales indulgentias, tamen quia nescit utro sacerdos iniunxerit ei penitentiam quantam debuisset. Nam & hodie uix imponitur cum pro quo quolibet peccato septẽnis penitentia regulariter debeatur, & antequam unum peccatũ mortale proficiatur multa comitantur. Nam quilibet passus, & quelibet misso nuncij & quodlibet uerbum dictum pro una fornicatione cõmitenda, secundum quosdam mortalis est, &

Pro quolibet peccato mortali septennis penitentia regulariter debetur.

id quod non est purgatum in hac uita debet purgari in purgatorio. Fatuus est & simplex qui ibidem huiusmodi indulgentias non reseruat, cum si ipsis ibi reseruauerint tot diebus, quod hic ei remissi sunt, stat minus in purgatorio quam fecisset & grauior sit ibi penitentia unius diei, quam hic centum, secundum ea quæ not. supra eo. sub rubrica de peniten.. §. quis sit effectus sub. § .his est igitur effectus & hoc intelligas in particularibus remissionibus, quæ fiunt per papam uel alios inferiores dicentes, tantum de iniuncta penitentia relaxamus secus in generali & uniuersali, per quam omnis satisfactio remittitur, quæ a solo Papa fieri cõsueuit, ibi enim euolat si in tali statu moriatur, ut not. supra eo. uers. qd ergo si papa. Idem potest intelligi etiam si simplex sacerdos penitentiam limitet dicens ab omnibus his peccatis & alijs de quibus non recordaris absoluimus te & iniungimus pro penitẽtia quod uadas ultra mare, uel quod ieiunes per triennium tibi auctoritate ecclesiæ, & nostra omnem satisfactionẽ aliam remittentes. Nam hac completa & ex causa iniuncta non est credendum, quod ulterius in purgatorio affligatur, licet præsbiter oneret se aliquẽ ut not eo. uers. Fateor tamẽ unde fatuus est si sic absoluit, immo secundum formam quam not. supra sub rubrica de peni. §. & an ficte penitenti sub. §. quid de operibus. uersi. ad hoc dicas &. §. quæ pena. uersic. sacerdos. Tamen sibi consuluit sic licet in foro penitẽtiali priuato posit sacerdos remissionem facere, &

Grauior est in purgatorio penitentia unius diei quã hic dierũ cẽtũ.

in totum secundum quod dictum est in publico. Tamen etiam solemniter. hoc potest etiam episcopus, cum ipsius potestas circa annum & .40. dies restringatur, ut not. supra eodem. § .quid possit.

Praeterea Hosti. in sequen. § .circa prin dicit in purgatorio quo ad penam est unum malum & duplex bonum, nam ibi est pena punitoria, transitoria, & purgatoria, sed non est ibi meritoria. Ideoq; hae remissiones siue indulgentiae ibi operantur, sed illis tantum prosunt & circa ipsos tantum operantur quibus dum uiuerent facta fuit remissio secundum ea quae not. supra paragr. proximo uers. Illud etiam consulimus & patet in his quae not. supra eodẽ paragr. quibus mortuis sub paragr. secũdi dicunt. Quid ergo de indulgẽtijs in quibus continetur, q. quicunque porrexerit piã elemosinam habeat pro anima patris unum annum de indulgentia nunquid haec indulgentia animae patris iã defuncti proderit. Dicunt quidam quod sic. quod non est tenen. quia potestas clauium non extenditur ad tales cum non sint de foro ecclesiae, sed de foro dei ut patet in his quae not. supra eo. paragr. quid remittit sub paraph. dicuntur tamen sacerdotes, & paragr. quibus prosit uers. sed & uiuis. Dico tamen, quòd elemosina facta non ex ui indulgentiae, sed ex ui elemosinae prodest animae patris, sicut alia suffragia ecclesiasticae charitatis, & ibidem not. & not. si supra eo. paragr. quibus prosunt uersi. quid ergo de his, qui deferunt. Fateor etiam, q. hi taliter populum decipiũt grauiter delinquunt,

delinquunt, hinc tamen sic obijcitur dominus papa dici tur constitutus à Deo iudex uiuorũ & mortuorũ supra qui si. sint legit. per uenerabilẽ. §. rationibus uers. sane cũ deuteronomij ad finẽ ergo potestas clauiũ etiã ad mortuos extẽditur, sed dic q̃ illud uerbũ constitutus nõ facit relationẽ ad papã sed ad Christum. Item sic obijcitur animæ, quæ sunt in purgatorio aut sunt in uia, & sic sunt de foro ecclesiæ militantis & sic operatur ibi potestas clauium, aut sunt de foro ecclesiæ triumphantis & sic non uidetur q̃ eis prosint suffragia ecclesiæ militãtis. Ad hoc dici potest q̃ duplex est uia una incerta nobis et uariabilis q̃ in hac uita habetur, & q in tali uita est, quo ad oĩa ẽ de foro ecclesiæ militantis de pe. di. 1. ecclesia Christi, alia certa saltẽ ĩ gñe qa certi sumus q̃ oẽs illi q sũt ĩ purgatorio salui fiẽt & ĩcõmutabiles et in hac uia dicitur cẽ aĩa q̃ est in purgatorio, et talis quo ad certã spẽ & infallibilẽ est de foro siue societate ecclesiæ triũphãtis quo ad solutionẽ uel condẽnationẽ uel remißionẽ ex ui ueræ sententiæ, & efficacis in nullo subest ecclesiæ militanti a qua iam absoluta est triumphante ecclesia comprobante ut patet in his quæ not. supra eo. quid remitti sub. §. sed & nota. Quo autem ad participationem orationum & elemosinarum ieiuniorum & sacrifitiorum est de foro ecclesiæ militantis ut patet. 13. q. 2. animæ defunctorum & . c. episco. sed & quo ad supplicationem sanctorũ & curiæ cœlestis est de foro ecclesiæ triũphantis una. n. est ecclesia cuius pars militat

H

in terris alia triumphat in cœlis & tota ecclesia desiderat animas denotans adiuuari & saluas fieri de pe.di.1.hi duo.hæc sunt uerba Hosti. tui.per quæ patet liquido te male sentire in tuis conclusionibus maxime in his quibus negas thesaurũ esse in ecclesia Dei *& potestatem pontifitiam & illius auctoritatem in indulgentijs concedendis,de quibus multa supra diximus in dictis euidentialibus seu præambulis & infra etiam diffusius dicitur* Deo propitio. In *eo uero quòd* Hosti.*dicit indulgentias pontificias se non extenditur ad purgatorium seu existentes in purgatorio,licet* Hostien.*sit summe auctoritatis,ita ut merito possit dici alter pater canonum.*Tamen *cõmunis opinio,sacrorum* Canonistarum *&* Theologorum *est in oppositũ, ut infra dicitur in uers.nunc autem, sed in primis ad comprobationem dictorum per* Hosti. *quòd papa possit indulgere plenarias indulgentias adducam.d.* Ab. *in.c.ad liberandam. uers. sed quia decise. de* Iudeis, *ubi quærit unde procedat* ꝙ *pro modico subsidio fiat plenaria remissio uulgariter nũcupata a pena & culpa,& dicit quòd in corpore uniuersalis ecclesiæ multa sunt bona irremunerata,ut mors* Christi,*cuius una sola gutta sanguinis fuisset sufficiens ad liberandũ totum genus humanum.* Item *paßiones innocentium & martirum,qui hic puniti fuerunt ultra quàm eorum delicta meruerunt,ex quibus & alijs meritis constat thesaurus ecclesiæ cuius dispositionem habet papa(ut etiam tenet* Hosti.*uer.supra)unde cum remittit alicui*

Hic reprobatur Host.

Papa pōt plenarias indulgentias concedere.

penam uidetur hunc thesaurum ei communicare, ut sit sensus quòd in recompensatione illorum bonorum remittit hanc penam. Nam sicut malum non debet esse impunitum, ita bonum nõ debet esse irremuneratum. Fit ergo quædam recompensatio hinc inde & hãc remißionem cum certa tamen limitatione possunt facere inferiores prælati. ut. d. c. cum ex eo. de pe. & re. quia & ipsi sunt electi in partem sollicitudinis. d. c. ad honorem de au. et usu pal. Et ualet talis remißio quo ad penitentiam peragendam, iam impositam seu imponendam. Idem tenet. d. Ab. in. d. c. cum ex eo. 6. not. et in. c. quod autem. 2. col. uers. ultra glo. eo. tit. ubi dicit q̃ opinio. Goffre. Hosti. et Io. An. & cõmuniter omniũ doc. est quòd indulgentiæ prædictæ prosunt pro ut sonant uerba. Et quo ad Deum & quo ad penitentiam peragendam hic iniunctam. d. c. cum ex eo. Ille enim qui concedit indulgentias intendit cõmunicare illa bona irremunerata compensatione quadam ut proxime dictum est. In hac ergo compensatione & communicatione non est necessaria præsbiteri licentia consilium tamen datur ut quisq; agat hic penitentiam iniunctã & has indulgentias sibi reseruet pro peccatis de quibus non egit penitentiam perfectam, ut etiam tenet Hosti. in. d. uers. illud etiam consulimus, idem tenet. d. Ab. & Io. de imo. in. c. super eo. 2. colum. in fi. de rap: ubi dicit quòd, qui sufficit penitentiam agit in libro secundo non punitur in purgatorium, quid notabiliter debebis idẽ iudicare. 33. q. 5. quid ergo & lib. dicit

Indulgentię prosunt pro ut sonant.

esse contra uulgares dicentes q quisq; uideẽ trãsire per purgatoriũ quod est falsum. & idem tenet Car. in cle. 1.7.col.uers.33:quæro & duobus sequen.uers.de priuil.ubi quærit quid importat absolutio a pena, & culpa & refert Lau.& Zenze.dicentes quòd dicitur illa amaritudo seu afflictio quæ sequitur ex cõmissione peccati. Et hæc est perpetua dum peccatum durat, sed illo per contritionẽ sublato mutatur in tẽporalem mensuram secundum qualitatem reatus de pe.di.1.c. mensuram. Culpa autem est macula seu offuscatio, quæ generatur in animo peccatoris, quia peccando mortaliter diuertit a bono incommutabili, idest a creatore propter bonum commutabile, idest propter rem creatam, & ex hoc uulneratur anima in bonis sibi collatis naturaliter.1.questione prima ueti tum. Et hic rancor seu offensa non potest remitti ab aliquo uicario Dei, sed a solo uerbo Dei de pe. di.1.uerbum de conse.di. 4. nemo & (ut predictum est) pœna debetur perpetua. Nam ille in quem committitur, scilicet Deus est perpetuus ar. instituta. de iniur. § . atrox. 24. questione quinta.c.quid ergo, hic dicitur uersus.

Pena potest demi, culpa perennis erit, ut not.C. de generali aboli. l. indulgentia: Deus tamen misericors cum uidet contritionem peccatoris remittit pœnam perpetuam & mutat in temporalem substinendam in purgatorio de hoc.16.q.1. c. placuit, & ex hoc dicit Lau.quòd fatue facit qui tollit culpam nisi

diuinitus sibi inspiretur, aut enim peccator in malitia perseuerat & non potest tolli, cum nec posset animo fieri uiolentia, aut est contritus & tunc iam sublata est (ut prædictum est) pena autem peragenda in purgatorio non potest tolli nisi per papam, qui ut dicit Pau. potest remittere omnem penam uere contrito facit de conse. di. 4. c. baptismi uicem & hanc concedit cruce signatis in uoto ultramarino ut dicit se dixisse in. d. c. ad liberandam de iude. Item in anno centenario, ut in extrauaganti Boni. antiquorum de inferioribus autem a Papa dicit quòd non possunt facere tales plenas remissiones sed particulares sic dicto c. quod autem & . c. cum ex eo. Subdens spetialem modum remissionis de prædictis pena & culpa Lap. dicere, triplex esse iuditium. Primum Dei quo Deus mundat animam in contritione, & hoc præcedit duo sequentia, tanquàm dignius. Secundum est iuditium Petri siue sacerdotis in ecclesia militante, ut in clementina secunda de peniten. & remissio: Tertium est iuditium approbationis ecclesiæ, scilicet cælestis curiæ approbantis in cœlis absolutionem uel ligationem ecclesiæ militantis factam in terris. Allegat Hostiensem in summa de remissione paragr. primo, uersiculo sed & notandũ est circa primum iuditium dicit Lap. quòd peccator peccando deum offendit & ecclesiã & interdum etiã proximum & se ipsum. Offensa Deo facta deletur in contritione peccatoris per gratiam Dei, quæ causatur a

Solus papa põt tollere penitentiam purgatorij.

Peccator offendit Deũ ecclesiã proximum & se ipsum.

contritione peccatoris quo ad deum quem offendit si habet feruorem dilectionis.Et effectus gratiæ multiplex est,nam excitat liberum arbitrium ad bene cogitamus & sonat ipsum mutando effectum.Ipsumq; corroborat ducendo in actum. Item gratia Dei hominem reconciliat a peccato quoq; liberat, & penam æternã in temporalem mutat. Ad hanc consequendam sufficiebat ante aduentum Christi sola mentalis confeßio. Et hoc est de iure naturali,hodie.i.ab aduentũ Christi citra requiritur confeßio uocalis facta homini.i. sacerdoti dummodo adsit facultas seu occasio, & hoc non est de iure naturali sed propter præcepta obligationẽ necessaria est confeßio,& satisfactio non solum propter recõciliationẽ in ecclesia Dei,sed etiã in iuditio ecclesiæ ut poßumus dicere q; a peccatis liberamur p gratiam a sequela autem peccatorum per penitentiam & a pena ex misericordia per gloriam & ex hoc patet ex quo iustificatur remißio peccatorum, uel dici potest secundum eum quòd per sex iustificatur per duo ex parte dei.s.misericordiam quæ reatum indulget, & iustitiam quæ emendationem aliquantulum exigit uel hic in sæculo uel in purgatorio. Item per duo ex parte peccatoris.s.dolorem & amorem & pro alia due ex parte ecclesiæ.Primum est meritum Christi et sanctorum perfectorum,secundum est indulgẽtia quãtũ dat ecclesia per papam & episcopos. Tamen ut ipsa indulgentia ualeat tantum quantum permittitur exigitur auctoritas & causa. s. communis utilitatis ex

Confesſio mentalis ante aduentũ Christi sufficiebat.

parte dantis,exigitur etiam formatur fides & obediē tia ex parte receptionis.ut soluat illud propter quod datur,hæc duo facere libere potest solus papa, qui solus habet claues thesauri ecclesiæ tam meritorū Christi quam aliorum sanctorum & perfectorum. Alij autem ut episcopi non habent potestatem generalem sed limitatum.d.c.cum ex eo.&.c.ulti. eo.tit.in.6. Ipse enim habet plenitudinem potestatis. d.c.cum ex eo.& eo.tit.c.indulgentiæ in.6.Cæteri uero prælati assumpti sunt in partem sollicitudinis uel aut.& usu pal.c. ad honorem.&.2.q.6.c.decreto &.c.sequen.sic ergo Deus indulget culpæ sua gratia per contritionem peccatoris, & reatum culpæ tollit mutando penam æternam in temporalem qua puniatur peccator, uel hic uel in purgatorio,& interdū etiam remittit quo ad omnem penam tanta potest esse contrario peccatoris pro etiam sine uerbali confessione operabitur.23. q.5.c.remittuntur de pe.di.2.c.uerbum & pluribus coapostolis eiusdem di.dummodo non contemptus religionis sed articulus necessitatis confessionem uerbalem excludit,sic uicarius Dei.s.papa in ecclesia militante quo ad iuditium contentiosum, uel non contentiosum ut in foro animæ per contritionem & oris cō fessionem qua per interioris confessionem iudicat tollit peccatum & penam æternam, qua propter mortale peccatum,peccator erat extra ecclesiam militantem perpetuo damnatus. Quousque ecclesiæ satisfaceret p confessionem & penitentiæ impositæ per actionem pōt

in temporalem penam commutare & interdum in totum tollere potest etiam sine causa, quo ad ecclesiam militantem episcopus uero hoc potest quo ad ecclesiã militantem .s. in casibus in quibus non est prohibitus, inferior uero ab episcopo penam temporalem in totũ tollere non potest etiam ex causa præsertim religiosus nisi aliud sibi sit concessum, & dicit Lau. quòd hoc uult dicere litera. d. cle. 2. quæ prohibet absoluere a pena & a culpa. Quantum autem ad iuditium ecclesiæ triumphantis non uidetur differentia inter papam & alios inferiores. Quia in utrisq; uidetur intelligendum illud, quodcunque ligaueris &c. Math. 16. 24. q. 1. quodcunque .s. claue non errante ea. cau. & . q. c. manet ex his patet, quòd quicquid hic agitur totum pendet a iuditio ecclesiæ triumphantis ex prædictis etiam patet qualiter offensa facta Deo uel ecclesiæ remittitur. De illa uero quæ fit in proximum dicit Lap. quòd remitti debet a proximo et sibi satisfactio fieri. Nec potest ab alio remitti pro prædictis inducit Lau. quod not. Inno. & Host. de peni. et remissioni. c. omnis ubi dicunt quòd quando sacerdos dicit absoluo te non est dicere nisi denuntio te absolutum, quod non esset nisi absolutionem peteres, uel absoluo te a pena æterna in temporalem, commutatã ut not. in. c. significauit de pe. & re. & per Archi. de pe. di. 1. c. uerbum. Hæc sunt uerba Car. in clemen. 1. uers. 33. & sequen. de priuil. idẽ ibi tenet Io. de Imo. 14. col. & sequen. & Car. et Io. de Imo. in cle. 1. in fi.

de reli. et ue. *sanct.* Io. de Ana. *in .d.c.ad liberandã pe mult. col. uers. sexta et ultima de iudei.* Et *in suo tractu iubilei impresso post .c.ult. de cri. fal. ubi in prin. dicit hãc plenariã remissionẽ extractã a iure diuino, quo institutus fuit iubileus* Leui. c. 25. *post prin. ubi dominus in mõte* Sinai ad Moysen *dixit sanctificabis annum quinquagesimũ & uocabis remißionem cunctis habitantibus terræ tuæ.* Ipse *enim est iubileus, reuertetur hõ ad possesionẽ suã et unusquisq; redibit ad familiam suam pristinã, quia iubileus est, & quinquagesimus annus.* De iubileo etiã *fit mẽtio substãtialiter in glo. summæ .7 .di. ubi* Archi. *dicit q̃ ĩ testamẽto ueteri quolibet quinquagesimo anno erat iubileus & tũc qui erat seruus efficiebatur liber & carcerati dimittebãtur, & dicit quòd iubileus est sermo hebraicus & interpretatur annus remisionis in quo clangebãt tubæ, & ad omnes reuertebatur possessio antiqua debita absoluebantur & confirmabatur libertas.* Ita *dicit* Isido. & Pap. *sed in historia super* Gene. 24. *dicitur sic a uictoria Abraam tradunt iubileum initium sumpsisse pro redemptione captiuorum.* Iohel *enim interprætatur remissio uel initiũ, unde iubileus remissiuus uel initialis siue initiatus, ob hoc autem constitutus est quinquagesimus, quia tunc erat* Loth *quinquaginta annorum, uel tũc erat quinquagesimus ãnus ex quo dñs locutus est Abrææ ĩ uia uel ex q̃ egressus est de* Tharã. *uel* Abraã *peritus fuit astrorũ in quibus, secũdũ quosdã* Zaroesten *magicæ artis inuẽtorem*

Iubileus & plenaria remissio sunt extracti a iure diuino.

instruxit, nouerat enim q̃ intẽperies aeris quam fit ex eleuatis uel depulsis planetis semper usque ad quinquaginta annos ad temperiem redit & inde, q̃ uidit fieri in astris uoluit imitari in terris, ut licet dicatur a Iohel. Tamen causa Euphomæ non dicit Iobeleus sed Iubileus secundum Polli. hæc sunt uerba Archi. Super glo. summe. 7. di. de hoc est glo. in. §. c. contra in uerbo qui domum quæ incipit ad euidentiam de pe. di. 1. & interalia ibi dicitur q̃ in iubileo remißio debiti præstabatur & sic per eum perfecta remißio peccati significatur ut etiam dicit Archi. super. d. glo. ad euidentiam erat etiam alius iubileus, quolibet septimo mense sed in tali non fiebant remißiones sicut in quinquagesimo & iubens est sermo hæbraicus a clangore bucinarum qui fiebat in. 7. mense. quando iubileus publicabatur, & ubi nos dicimus iubileum in hæbreo habet Iohel quod significat cornu uel bucina, ut ibi dicit Ni. de lyra, quem refert propositus. 7. di. in summa & Archi. super glo. prædicta ad euidentiam dicit, q̃ dicitur proprie annus iubilei. i. remißionis. quia illo anno debita remittebantur & secundum hebrei reuertebantur liberi ad pristinum statum, & quod annus iubileus significat plenariam remißionem quæ fit in ecclesia. Subdens ibi Archi. q̃ sacerdos computans tẽpora usquead annũ iubilei significat sacerdotem, qui tempora penitentiæ præfigit & diffinit quibus per actis sequitur plenaria remißio peccatorum et de hac cõputatione temporũ usque ad annũ iubilei habetur

Annus iubileus significat plenariam remisfionem.

Leui.c.ultimo circa finẽ, ut supradictum est. Ex præmißis patet, quòd iubileus à Deo institutus est in testamento ueteri & fuit commissum Moysi ut talem annum sanctificaret, & hæ figuratiue teste apostolo.1. ad Corin.10. qui inquit, & hæc omnia in figura illis contingebant & idem dicit Ni.de lyra super Io.5.c. in fi. in uerbo de me. Ex quo colligitur q; hæc potestas iubilei quæ est plenaria remißio omnium peccatorum est translata in papam qui est successor Moysi ut tenet.d.glo.not.in.d.c.causam el secundo in uerbo ad Regem in fi.qui fi.sint legit. & glo. in.d.c. translato de consti. Nam sicut Dei auctoritate Moyses in iubileo dimittebant debitum corporale, ut prædictum est. Sic papa per suas indulgentias dimittit debitum animarum peccatum dicitur debitum, ita intelligitur oratio dominica, Dimitte nobis debita nostra. Et Math. 18. dicitur omne debitũ dimisi tibi, sic & pater meus cælestis faciet uobis si non remiseritis de cordibus uestris. In testamento ueteri dominus promittebat temporalia. Dabo uobis terram fluentem lac et mel. Deutero.26. Leui.26.c.cum marte de cele.missa.gl. in.d. c. translato in uerbo sponsione, in nouo testamẽto promittit æterna & subdit cẽtuplũ acciepictis et.u.e.po. d.c.cum marte, & .d.glo.penult. solus ergo papa potest concedere plenariam remissionem omnium peccatorum, ut tenet glo.not in clemen.2. in uerbo à pena de pe. & re. & hoc etiam sequitur ibi Lap. & Io. de Imo. dicentes hoc procedere in generali & uniuersali

iubileo seu indulgentia plenaria ut qui illam consecu tus fuit si statim moriatur euolet ad uitam æternam absque aliqua mora purgatorij. Idem tenet Ioan. de Ana.in dicto tractatu iubile. secunda columna in fi ne allegat Hostien. in summa de remis. §.ad quid ua leat uers.quid ergo si papa supra allegato. Idem te net Pe.Anca.in dicta clementina.2.5.col. in prin. uers.circa istas indulgentias de pe.& re.ubi per unã col.cũ dimidia arguit pro & contra, & tandẽ con cludit cũ Gasp.de Calde.huiusmodi indulgentias uale re & dicit ita tenere omnes theologos & canonistas in.d.cle.1.&.2.de pe.& re.& in cle.si dominum ad fi.de reli.& ue.san.& hoc dicit probari auctoritate Augustini dicentis, quibus sacerdos remittit, Deus remittit.c. quẽ penitet de pe.di.circa mediũ, & hoc seruauit & seruat ecclesia a tanto tẽpore citra quod de illius initio non est memoria in contrarium & hoc etiam seruauit beatus Gregorius, qui etiam fuit san ctus. Non est autem credendum totam ecclesiam erras se, nam dictũ est Petro repræsentanti totam ecclesiã. Ego autem pro te oraui, ne deficiat fides tua. Luc.22. de pe.di.2.c.si enim inquit hoc, idem probatur per il lud priuilegium datum Petro & successoribus, quod cunq; ligaueris & c.26.distin.in prin.c.quodcũq;.24. q.1.& per hoc respondetur ad contrarium in quo tu dicis de his indulgẽtijs nullo iure caueri quod magno pere erras ut patet auctoritatibus pdictis, Tacite.n. illud generale priuilegium hoc concludit in Exo.c.21.

Quæ remit tit sacerdos remittit Deus.

legitur de remissione quæ fiebat anno iubilei, de quo paulo ante dictum est, & ab his iustificationibus cæpit ius constitutionis, ut ibi dicitur ad quorum remissorum exemplum, fiunt remissiones anni iubilei, ut in extrauaganti Boni antiquorum potissima enim ratio quare iste indulgentiæ ualeant est unitas ecclesiæ corporis mistici, in qua ecclesia sũt uiri, qui opera pietatis & misericordiæ super rogauerunt mensura suorum delictorum, dum paterentur obbrobria contumelias & infinitas passiones & cruciatus tollerauerũt quos non merebantur teste apostolo ad Hæbreos. 11. epistola incipiente sancti per fidem &c. Hi non cessant orare pro nobis, ut patet in letanijs, & hoc. c. animæ defunctorum. 13. questione secunda, & Paulus attestatur se pro suis, sine intermissione orationes ad Deum effundere. 22. distinctione, sacrosancta. Item ex his cessantibus meritum mortis, & passionis & effusionis sanguinis Christi remissionem peccatorum operatur de consecratione, distinctione secunda, c. quia corpus. Is enim obtulit se hostiam Deo pro peccato nostro, de consecratio. distinctione secunda, non oportet, & illa pena, & martirium, quod iniuste pertulit, quinimmo minime gutta eius sanguinis erat sufficiens ad luitionem peccatorum nostrorum. Vnde Esaiæ. c. quinquagesimotertio uere langores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & ipse multorum peccata tulit, & pro trangressoribus orauit. sua igitur merita & sanctorũ

Minima gutta sanguinis Christi sufficiebat ad luitionẽ omniũ peccatorum nõstrorum.

nobis communicans potestatem Petro & successori bus ligandi & soluendi concessit. hæc itaque indulgentia pænæ pro peccatis infligende conceditur ue re penitentibus & confessis in remunerationem præ mij sanctorum martirum quasi sufficientes & debitores pro nobis satisfacere apud Deum, et sic pro nobis satisfaciendo liberet nos a pena dispensationem autē meritorum istorum quibus à pena possumus liberari Christus, ut dictum est Petro et successoribus cōmisit.

Pena purgatorii.

De pæna autem purgatorij habetur in.c. qualis .25. dist. & de pe. dist. 7. in fi. dicitur, nam prius purgandus igne purgationis, qui in aliud sæculum destulit fructum conuersationis, hic etiam ignis & si eternus non sit miro tamen modo grauius est excellit enim omnem pœnam quam unquam aliquis passus est in hac uita, nunquam in carne tanta inuenta est pena, licet mirabilia martires passi sunt tormenta, & multi nequiter quanta sæpe sustinuerunt supplicia, & studeat ergo quisque sic delicta corrigere ut post mortem non opporteat penam tollerare.

Præmissa comprobat Feli. mellifluus in tractatu de indulgentijs incipiente. Hodie mecum eris in para diso. 1. colum. ubi ponit argumenta per te allegata & alia maiora munita iuris allegationibus, & tandem concludit potestatem clauium per os Christi datā fuisse Petro eius uicario & eius successoribus argumenta eius non refero, ne longior sin et asserit ex antiqua consuetudine apostolicæ sedis, maxime a Gregorio ci-

Potestas clauium fuit p os Christi data Petro & eius successoribus.

tra, ac multis Rom. pon. iustis causis hoc beneficium Christiano populo concessum fuisse & in dies concedi uidemus patet hoc ex rememoratis constitutionibus factis anno iubilei per Bonifa. octauum per Clementem. 6. per Gregorium. 11. per Nicolaum. 5. & in solemni constitutione Pau. 2. incipiente ineffabilis prouidentia, & dixit Oldra. consi. 271. incipiente questio talis est ubi inter alia dicit, quod Romana ecclesia seruat & predicat quod Romæ possunt dimitti peccata & quod papa possit remittere peccata, & qui aliter sentit & creditur ut hereticus est habēdus per iura quæ ipse ibi allegat & respondet ad argumenta in oppositum facta & per Innocentium .d. Anto. de But. in. d. c. de pen. & re. & .d. Abb. in. d. c. ad liberandum & Pe. de Anca. in repet. c. peccatū. 4. op. de re. in. 6. & Gaspar Cald. in. c. nostro in primis cartis de pe. & re. Et .d. Cardi. post Guiel. de mon. Lau. in cle. 1. 5. q. de reli. & ut san. Nam una est uniuersalis ecclesia. c. conuenientibus. 1. q. 7. cuius spōsus est Christus. c. debitū de Biga. potuisset ēt allegare. c. qm̄ de im. eccle. in. 6. & ad Ephe. c. 5. & cle. 1. de summa tri. & fi. cath. Et per consequens Papa eius uicarius tanquā summus & singularis administratator .d. c. quodcūq; cū similibus, & ĩ hoc corpore ecclesiæ multa sunt bona irremunerata. Et mors Christi, cui sola gutta sanguinis fuisset sufficiens ad redimendum totum genus humanum, & passiones Innocentum & multorum martirum, ex quibus, & alijs meritis cōstat

Romæ remittuntur peccata.

thesaurus ecclesiæ tantæ copiæ & abundantiæ, quòd excedit omnem pœnam debitam nunc uiuentibus, quia fuerunt passiones iniustæ & huius thesauri dispensator est papa qui cum remittit alicui pœnam ex toto, uer parte uidetur communicare hunc thesaurum, ut sit sensus, quod in recompensatione illorum bonorum remittit penam, quia sicut malum non debet esse impunitum. c. ut famæ de sen. exco. Item nec bonum debet esse irremuneratum, sit ergo quædam recompensatio, hinc inde & ultro citroq;, & hanc remissionem cum certa limitatione possunt facere iferiores prælati. d. c. cum ex eo & . c. nostro de pe. & rem.

Plenaria remissio spectat tantum ad papam.

Nam sola plenaria remissio spectat ad Romanum Pon. & iuxta hoc dicit Inno. in. d. c. quod autẽ, quòd sacerdotes ueteris testamenti ista facere non poterant quia tunc non erant claues, neque potestas ligandi & soluendi. Nec ante Gregorium papam fuerunt, ita frequenter, quia raro, poterant fieri ita solemnes congregationes fidelium, quia tunc catholici erant à Deo perfecti quod raro his indigebant & subdit in hac inuestigatione multum curan. uel cogitan. non esse, sed credendũ, q; dominus saluator noster, cuius natura pia ẽ & liberalis de suo semper addijcit ultra gratiam & iustitiam & ipse moderatur pondere numero & mẽsura, ut ibi per eum. Item papa imitatur uestigia Christi. c. significasti de elec. & ipse multis ex sola contritrione dimisit omnia peccata sicut beato Petro Paulo latroni, Mariæ Magdalenæ, de quibus per Hosti. in

summa

summa de peniten. & remis. §. in quibus & sic tolluntur contraria confirmantur ista ex uerbis Ricardi de media uilla, quarto senten. distinctio . 20. argu . 1. questio 3. ubi post disputationem concludit, quod ecclesia in hoc errare non posset per illud Lucæ . 22. Ego pro te rogaui ne deficiat fides tua potuisset allegare ad hoc. c. arctetur & . c. prudentia in fi. 24 . questione prima. Cum ergo ecclesia firmat omnes indulgentias ualere tenendum est , quod ualeant & facit mentionem de dicto thesauro, nec est simonia secundum eum si dentur solum porrigentibus, aliquid, quia non dantur spiritualia pro temporalibus, nisi per accidens. Cum enim dantur indulgentiæ pro ecclesijs, uel hospitalibus, uel similibus pijs locis conseruandis, uel construendis dantur pro spirituali utilitate consequenda . Vnde non dantur pro temporalibus in quantum ordinantur ad spiritualia, ut ibi per eum ego pro hoc dicto allego. c. cum ex officij de præscrip. ubi dicitur, quia secundum apostolum, qui spiritualia seminat nõ est magnum si metat temporalia, sine quibus spiritualia diu esse non possunt . c. si quis obiecerit. 1. quest. 3. & idem dicit tex. in. c. exigit de censi. in 6. & dominus ad Moysen non apparebis coram me uacuus. Exod. 28 . ecclesiastici. c. 25. c. omnis christianus de conse. distinctione . 1. Et Hostien. in summa de paro. §. in quibus sub. §. hæc tamen uers. tu dicas. Nec est simonia si datur pecunia in permutatione beneficij ecclesiastici tenui seu pauci ualoris cum uno pinguiori

ut pecunia suppleatur non propter reditus spirituales, sed propter reditus temporales, alterius ecclesiæ, Et calix consecratus, & terra cimiterij potest uēdi habita ratione & materiam, quæ est temporalis, nō autem ad sacrum, ut tenet Sixtus de ture cremata. 1. q. 1. dictum est, quia pecunia non datur pro titulo, qui est spiritualis sed pro dote beneficij, quæ est temporalis, & profana. Et subdit ibi Alex. de Ales, quod præexistente pœna debitæ & sufficientis contritionis potest summus pontifex totam pœnam debitam peccatori dimittere. Non debet tamen hoc facere nisi ex magna causa, secundum eum & hoc ne thesaurus ecclesiæ uilescat, facit. c. legimus. 93 distin. ibi omne rarū &c. Et ego ad hoc allego. c. 1. de priuil. & ne iustitia Dei uideatur nimis indiscreta per papam tolli, nam si mensuram excedit non acceptatur secundum eum, propterea dicunt ibi Bonauentura Alexan. de Ales. quòd in dante & recipiente requiritur duplex contritio in dāte potestas & causa rationabilis & honesta, ut pro terra sancta, & pro edificatione ecclesiæ, & pro uisione sanctorum corporum Romæ pro inchoando studio, & similibus, si enim daretur pro euntibus uidere torniamēta, uel gerentibus iniustum bellum nihil operaretur. quo uero ad recipientem requiritur sincera contritio. s. dolor commissorum peccatorum, cum proposito abstinendi pro uiribus & ultra hoc oris confeßio de commisßis post ultimam confesßionem, ut diffusius per Feli. in. d. tractatu de indulgētijs. 2. col.

uersi. confirmatur ista & 5. colum. uers. circa tertiã partem accedunt ad prædicta ea, quæ scribit summus Theologus magister Antonius ordinis prædicatorum, Archiepiscopus Florentinus in prima parte summæ titulo. 10. ar. ult. ubi concordans cum prædictis subdit illum esse hæreticum, qui pertinaciter tenet quòd indulgentiæ non ualeant ad remissionem pœnæ, habitis debitis circunstantijs, uel quod papa non possit concedere plenariam indulgentiã. Mouetur quia in simbolo unus de articulis fidei dicit sanctam ecclesiam sanctorum communionem peccatorum remissionẽ, in quo comprehendũtur effectus gratiæ remissiõis peccatorũ per sacramenta & effectus gratiæ, quæ est communicatio meritorum & bonorum operum, quæ est per charitatem cum releuatio pœnæ, quæ fit per indulgẽtias initatur meritis ecclesiæ, & præcipue passionis Christi, unde tenere aliter est contra articulos fidei et terminationem ecclesiæ. Ergo hæreticum, & prædictã conclusionem deducit, etiam eleganter Aug. de Anco. in suo aureo et solemni opere de potestate ecclesiæ. q. 29. ar. de quo ad hoc propositum & ad omnem materiam concernentem papæ potestatem habẽda est familiaris notitia ab omnibus uiris doctis, & secretorũ curiosis & ibi etiam. q. sequen. ar. 1. ponit quod papa solum pro actibus exterioribus debet indulgentiam dare puta pro transitu ultra maritimo, pro ædificatione ecclesiæ & similibus, & ibi in ar. sequen. quomodo pro tẽporalibus possint concedi ista spiritualia Nota.

Et subdit hoc ibidem ar. 4. quòd non existente iusta causa indulgentia data per papam non ualet, & pulchre deducit quomodo cognoscatur iusta causa & ponit ar. ibi sequen. quod sola uoluntas, quantumcunque misericors non sufficit ad ualiditatem talis indulgentiæ et inferius. q. 10. 32. arg. 4. probat quod est dictum de potestate papæ in communicatione thesauri, et quæ tanta est, ut poßit quem absoluere. Ita ut nõ transeat per ignem purgatorij, & arg. sequen. ponit an papa per indulgentiam posśit absoluere pueros non baptizatos, & pueros non circuncisos, & an posśit limbum puerorum spoliare, & an posśit pueris existentibus in limbo ianuam paradisi aperire. Et ad comprobationem præmissorum, & maxime quod thesaurus sit in ecclesia Dei in dispensatione & in arbitrio papæ; ultra præallegata adducam quædam quæ mihi occurrunt, & primo quod per solam contritionem delentur peccata ut præmissum est, patet uerbis prophetæ dixit (inquit) confitebor aduersum me iniustitiam meam domine, & tu remisisti impietatem peccati mei, psal. 31. & in quacunque hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum eius non recordabor Ezechiæ. c. 18. c. pondere. 50. distinctione. c. si pluraliter. 26. questione. 6. de peniten. distinctione. 7. in fi. & c. si aliquis. 15. questione. 6. & alibi cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris. c. is qui. 26. questione. 6. & ibi datur rei misericordia. 50. distin. c. quia in fi. & nulla homini claudẽda est misericor-

An papa poßit limbũ spoliare.

dia.23.q.4.c.duo ista nomina,ad idem.42.distinctio. c.quiescamus. Incipient enim esse quod non fuit. 50. *dist.ferrum,ad idem de peni.di.1.quantumlibet.* & *.c. quam obrem.* Nam ecclesia nunquam claudit gremiũ redeunti *.l.inter claras.C.de summa trin.* & *fide catholica.l.manicheos.C.de hereti.c.super eo.ti.in .6.* Et scriptum est cor contritum & humiliatum Deus non despicies. *psalm.50.c.in actione in princi. de peniten.distinctio.prima*. Patet etiam exemplis. Nam cum decem leprosi ex præcepto Dominico irent ad ostendendum se sacerdotibus in uia antequàm peruenirent ad sacerdotes mundati sunt. *Lucæ.7.§.hinc etiam de peniten.distinctione prima*, & *.c.primo de peni.distinctione.6.* & publicanus qui orans in templo pectus suum percutiebat dicens. Deus propitius esto mihi peccatori iustificatus est apud Deum. *Lucæ 18.c. importuna de peniten. distinctione prima*. Et pater filij prodigi, ut uidit filium ad se redeuntem misericordia motus est & accurrens cecidit super collum eius & osculatus est eum. *Lucæ.15.* & quia Petrus fleuit amare remissum fuit illi peccatum commissum per abnegationem suam. *Lucæ.22.* & *dicto c. ponderet*. Et latro in cruce pendens dicendo nos quidem iuste nam digna factis recipimus, hic uero nihil mala gessit memento mei & cæt. meruit audire a Christo hodie mecum eris in paradiso. *Lucæ uigesimotertio.c.* Et si sola contritio saluos facit peccatores iuribus præallegatis. Nonne bona opera

eorum superabūdant, & de eis remunerari debēt. Cū nullum bonum debet esse irremuneratum &c. Et *si bona peccatorum remunerari debent quanto magis bona iustorum & sanctorum qui non peccauerunt & passi sunt grauissima martyria*. Et *multa tormenta & crutiatus, teste apostolo ad* Hebreos.*c.12.* Fratres *inquit sancti p fidē &c. pallegato loco maxie.*Io. Ba*ptista, qui in utero matris sanctificatus est* Luc.*1.et infans, seu puer in deserto penitentiam austerrimā egit unde de eo cantat ecclesia* Antra *deserti &c. et demū in carcere decollatus est. Mar.6.c. & alij innumeri martyres* Christi. *Nam Guielmus Durantis in libro diuinorum officiorum lib.7.in prin.8.colum. refert,* Eusebium *dicentem, quod quolibet die anni plusquam quinq; millium sanctorum martyrum festa concurrunt excepto die* Kal*darum Ianuarij. quo gentiles intendebant epulis & bacanalibus & solemnitatibus festiuis & non ad martyrizandum sanctos*. Et Hieronymus *idem dicit in epistola quæ suo kalendario præponitur & idem dicit Iacobus de* Voragine *in festo omnium sanctorum.2.colum. unde* Gregorius *dicit, totus mundus est plenus sanctis, & similiter* Aimo *dixit de angelis q; si quis creaturas spirituales uidere poßet uideret eos ebulire in aere sicut minimos atthomos in solis radijs & splendorem & in* Apoca. Io. *7. post enumerationem plurimorum signatorum dicit. post hoc uidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus &c. uirgines martyres*

Quolibet die totius anni cōcurrat quinq; millium martirū festa.

& confessores sanctissimos innumeros, qui peccata non fecerunt nec inuentus est dolus in ore eorum, sed multa pia opera fecerunt. Et si tantũ obseruatio mãdatorum sufficiens est ad consequendum salutẽ animarum suarũ, si uis (inquit) Christus uitã ingredi serua mandata. Mat. 22. & plenitudo legis est dilectio ad Roma.13.c. Ergo alia pia opera & merita sunt remuneranda cum superabundent ad consequendam uitam æternã, & in his meritis consistit thesaurus ecclesiæ ultra merita passionis Chisti, ut supradictum est: & in custodiendis mandatis retributio multa psal. 18. Patet etiam hoc quia Christus dixit discipulis suis. Vos qui reliquistis omnia & secuti estis me. In regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ sedebitis, & uos iudicãtes duodecim tribus Israel & qui reliquerit domum & fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxores, aut filios, aut agros, propter nomen meum centuplum accipiet & uitam æternam possidebit. Mat .19. & qui dederit potum uni ex istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, Amen dico uobis non perdet mercedem suam. Mat.10. & Mar.19. Ecce q. Christus pollicetur & promittit seruantibus eius mandata, non tantum gloriam & uitam æternam sed etiam aliam retributionem & gratiam ut accipiant centuplum & honorem maximum cũ eo iudicandi duodecim tribus Israel in nouissimo die. & insuper per prophetam dicit Nimis honorati sunt amici tui Deus nimis confortatus est

prĩcipatus eorũ.ps.138.Reliqua deo ꝓpitio dicemus in libello de thesauro ecclesiæ,ex his patet papã habere plenissimã & amplissimã potestatem clauiũ . quo ad uiuẽtes ĩ humanis. Nũc autẽ sicelides musæ paulo maiora canamus,uidelicet utrũ Papa possit cõcedere indulgentias pro animabus exiſtẽtibus ĩ purgatorio ? Tu pater Martine in dictis cõclusionibus tenes partem negatiuã ĩmo saltẽ tacite negas extare purgatoriũ sequẽs errorem & manifestã , heresim Græcorũ qui sic tollunt effectũ suffragiorũ ecclesiæ cõtra terminationem Babilonen.concilij de quo de conse. dist.4. c.uisum & contra op.tex.glo. & doc.in.c.cum marte circa fi.de cele.missa.13.q.2.c. tempus & . c. non extimemus & .c.in presenti & .c.pro obeuntibus et c.animæ defunctorum & lib.macha.2.c.12. & q̃ statuit sancta mater eccleſia in missis pro defunctis uidelicet domine Iesu Christe Rex glorie libera animas omnium fidelium defunctorum de penis inferni & de profundo lacu libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarus ne cadant in obscurum sed signifer sanctus Michael repræsentet eas in lucem sanctam quam olim Abraæ promisisti & semini eius.Hostias et preces tibi domine laudis offerimus tu suscipe pro animabus illis quarũ hodie memoriã facimus fac eas domine de morte transire ad uitam.quam olim Abrahæ promisisti & semini eius.dicta enim uerba non possunt intelligi de animabus beatorum, quia superflua esset oratio pro tutis orare & iniuriã facit martiri

ĝorat ꝓ martire.d.c. cũ marte circa fi.nec ꝓ dãnatis, q̃a nulla est redẽptio expedit ergo ut dicta uerba intelligantur ꝓ existẽtibus in purgatorio qui tẽporaliter purgãt nõ æternaliter seu ꝑpetue ut de dãnatis in inferno, & cõtra san.Tho.lib.4.Gen.45.2.q.ar.2.et Pe.de mõte in suo reptorio in uerbo grecus uers. græci differunt. Ego autẽ sentio et cõstantissime teneo affirmatiuã,uidelicet ꝙ purgatoriũ extat, & ꝙ papa possit indulgẽtias cõcedere pro animabus in purgatorio existẽtibus,ꝙ purgatorium extet est notoria cõis sentẽtia sacrorum theologorũ & canonistarũ, ut patet ex præmissis & patebit ex infra dicẽdis,& maxime ĩ libello quẽ scripsero deo ꝓpitio de thesauro ecclesiæ hoc ẽt tenet diuini ĩgenij Vergilius.6.Aene.

Quisq; suos patitur manes exinde per amplum.
Mittitur Elysium et pauci leta arua tenemus.
Donec longa dies perfecto temporis orbe.
Concretam exemit labem puerumq; reliquit
Ethereum sensum atq; aurai simplicis ignem
Has omnes ubi mille rotam uoluere per annos.
Letheum ad fluuium deus euocat agnomine magno
Scilicet immemores supera ut conuexa reuisant.
Rursus et incipiant in corpora uelle reuerti.

Et ibi Seruius Donatus et Christoforus dicunt dicta carmina ĩtelligi de purgatorio Dãtes ẽt poeta facit librũ de purgatorio et ultra ꝑdictas auctoritates mihi occurrit ratio naturalis quòd sit purgatorium.

Nam licet decedens confessus fuerit peccata sua &

contritus. Tamen si omnino non satisfecit pro commissis non intrat in regnum cœlorum hoc attestatur spiritus sanctus per os prophetæ, domine quis inquit habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in mõte sancto tuo, qui ingreditur sine macula &c. psal. 14. Macula ergo non omnino delicta impedit ingressum ad uitam æternam. Expedit ergo ut macula omnino deleatur, in paradiso non deletur macula, quia paradisus non admittat maculatum psal. præallegato in inferno non patet regressus, quia in inferno nulla est redemptio. teste Virgilio. 6. Ene.

Facilis descensus auerni, sed reuocare gradum. Super as que euadere ad auras. hoc opus hic labor est. itẽ inconueniens esset ualde & iniquum, ut pœna temporalis, quæ effecta est per confessionem, quæ ante cõfessionem erat perpetua, efficeretur perpetua. Ideo expedit, ut sit locus ubi macula illa purgetur & mundetur, qui non sit perpetuus, ut paradisus, & infernus sed sit temporalis, ut est purgatorium. Nam purgatis animabus in eo missis & mittendis cessabit purgatorium. § ult. de pe. distin. 7. & si purgatorium non extaret, animæ defunctorum, qui multa pia opera fecerunt in uita sua de Christo conqueri possent quòd illis dixerint centuplum accipietis & uitam æternã possidebitis. Mat. 10. & euge serue bone & fidelis intra in gaudium domini tui. Mat. 25. & multis alijs similibus. Quod autem papa possit concedere indulgẽtias pro animabus existentibus in purgatorio.

IESV CHRISTI Beatissimæ uirginis Mariæ eius genetricis, ac beati Petri, de cuius clauibus agitur humiliter ac pie nominibus repetitis, ne lingua transeunte super terram os ponam in cœlum.c.in tantum.21.distin.instar enim sacrilegij est de potestate papæ disputare, ut dicit glo.ulti.in fi.in.c.1.40.dist. Primo dico hoc esse diffinitum per.d.c.a nobis el.2. de sen.exco.ubi papa absoluit mortuum ab excommunicatione, qui dicit alios pon.prædecessores suos etiã plures alios defunctos absoluisse ab excommunicatione & est bene aduertendum, quod dictum.c.a nobis editum fuit ab Inno.3. Pon. quo non præstantior alter & qui nulli alij etiam laude secundus quem Hosti.appellat patrem Canonum in summa in tit. de simo. §. qui ad accusationem.1.colum.in fi.uers.alij dicunt, & in tit.de hæreti. §.1.uers.his annectitur, & in titu. de sen.exco. §.quis possit ab hac sententia absoluere sub.§.sed & dicunt.1.colum.uers.opinionibus, igitur maiorum. Idem dicit Io.Fa.in. §.fideiussores. 2. col. uers.quid si iurauit insti.de fideiussoribus, & in.§.pupillus in prin.insti de inuti. stip. & ut arbitror iure meritoq; pater canonum appellatur, neq; satis digne laudari posset.cum illius decretales pace aliorum põtificum dixerim cæteris decretalibus uelut sol inter sydera alia micent & rutilent, & aurum argento, et Virg.cæteris poetis apud latinos, ut Homerus apud Grecos insti.de iure na. §.7.quotiens præfertur, & quantum lenta solent inter uiburna cupreßi. Is enim

An papa posſit concedere idulgentias pro exiſtẽtibus in purgatorio.

Inno. papa tertius appellatur pater canonũ.

& Inno.ad comprobationem suæ sententiæ adducit illud euangelicum sæpius præallegatum, quodcũq; solueris super terram &c.d. Ab.in.d.c.a nobis.5. not. dicit.not. & tene menti q̧ argumentũ a cõtrario sensu non ualet ubi aliter in iure reperitur expræssum, colligitur ibi argumentum ex illo tex.in eo q̧ allegabatur ecclesiam non posse absoluere mortuos argumentum a cõtrario sumpto illius auctoritatis, Quodcũq; ligaueris super terrã &c. Et papa respondet illud cõtrarium non procedere quia in cæteris casibus legimus papã ligasse & soluisse mortuos, & idem tenet Feli.in.d.c.a nobis argumentum a contrario nõ procedere quando aliter in iure reperitur expræssum ut ibidem & per glo.2.in.c.1.de æta.& quali.in.6.& per glo.in.c.cum apostolica de his quæ fi.a ma.par.c. Et hoc colligi potest ex uerbis Christi dicentis, non sum mißus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Mat.15 2.questio.7.§.ecce ostensum, Fatuum autem esset tenere, quòd Christus solum missus fuisset ad saluandas oues domus Israel, & non ad alios, Cum missus fuerit ad generaliter saluandas omnes oues. Venit enim filius hominis saluum facere humanum genus, quod perierat. Lucæ.19. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Mat.1.c.

Deus uult omnes saluos fieri. Non enim misit Deus filium suum in mundũ ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Ioan.3.c. Vult enim omnes saluos fieri.1.ad Thimo.2. qui reliquit nonagintanouem oues in deserto, ut

unam amissam inueniret. Lucæ.15. & Math. 18. c. importuna de pe. distin. 1. quia sanctitas circa me. 50. di. In proposito quamuis Christus dixerit, quodcunq; ligaueris super terram &c. Non pro hoc exeluditur quin etiam possit etiam absoluere sub terra, & sic existentes in purgatorio, & ad cõprobationẽ pmissæ conclusionis adduco. c. sane el. 2. 24. q. 2. ubi inquit tex. sane profitetur a quibusdam qui dicunt oportere post mortẽ hæreticos anathematizari & sequi ĩ hoc doctrina sanctorum patrũ qui non solum uiuentes hæreticos condẽnarunt sed etiam mortuos sicut eos, qui iniuste condemnati sunt reuocauerũt post mortẽ in sacris dictis scripserũt qđ factũ etiã in 10. Flauiano religiosæ memoriæ episcopis Cõstantinopolitanis. item in actione. 5. Aug. ait & si forte isti libri ita designãt traditorem suum, sicut dominus designauit Iudam legatur in eis nominatim et expresse uel Sicilianum uel eius ordinatores eorum librorum fuisse traditores & nisi eos anathematizauere, ipse cum eius iudicor tradidisse, quæ modo recitata sunt Augustinus sanctæ memoriæ consuluit statui, & teneri ab initio in ecclesia. Impium enim dogma iam inculpatum est & condemnatum & eos qui tali dogmati obnoxij sunt anathematizari uoluit ecclesiæ traditio licet etiã mortui essent, ideo sanctæ memoriæ Augustinus dicit si modo conuiceretur Cicilianus de his quæ inferuntur ei, & post mortem eius eum anethamatizo. Item multi episcopi congregata sunt & quædam

de diuersis causis ad ecclesiam statum disponentibus disponentes de ipsis statuerũt defunctis, qui suas facul tates hæreticis relinquerũt, ut etiam post mortem ana themate subijciantur sunt autẽ et Aug. sanctæ memoriæ epistolæ dicentes, quod si qui in uita sua non recte sapuerint, licet non condemnati fuissent adhuc uiuentes, tamen demonstrato peccato etiã isti post mortem anathemati subijciantur. Item si uera sunt quæ Siciliano obiecta sunt, & nobis aliquãdo possent mõ strari ipsum mortuum anathamatizaremus. itẽ dicis mihi licere etiam de mortuis iudicare, quia iuditium non tantum de uiuis, sed etiam mortuis solet fieri. Itẽ Rabula sanctæ memoriæ Episcopus Edissenæ ciuitatis qui in sacerdotibus resplẽduit Theodosium Mosote rium post mortem in ecclesia anathematizauit. Item Romanorum etiã ecclesia ante paucos annos Dioscorum qui fuit papa eiusdem ecclesiæ, etiam post eius mortem anathematizauit cum nec in fide peccasset tantum, & hoc omnes homines sciunt, qui degunt hic Romæ & maxime qui in dignitatibus existunt, qui etiam eidem Dioscoro communicatores permanserunt usque ad mortem eius. Item si a tempore Theophili s. memoriæ uel superius aliquis recurrerit etiam origi ne inueniet post mortem anathematizatum, quod etiã in isto fecit. Et uestra sanctitas & Iulius religiosissi mus papa antiquus Romæ. Item sancta Sinodus dixit sufficiunt quæ dicta sunt, & prolata ecclesiasticam traditionem demonstrare, quod oportet hæreticos

etiam post mortem anathematizari, talem autem traditionem & alij Africani episcopi reuerendissimi seruauerunt, sed & Romana ecclesia quosdam episcopos etiam post mortem anathematizauit licet in uita sua pro fide non essent accusati & utrunq; apud nos habita gesta significant pro hoc est bonus textus in.d.c.cũ ex eo de pe.& re. ubi dominus Ab.6. not. dicit illum optimum tex. probantem, quod indulgentiæ prosint nedum in purgatorio, sed etiam ad penitentiam hic iniunctam, ita quod si tenetur quis ieiunare.40.dies habita indulgentia.40.dierum non tenetur ieiunare & clarius hoc probat litera infra eo.c.ibi de iniunctis penitentijs &c.& quod indulgentiæ apostolicæ, seu concessa per papam prosint animabus defunctorum existentibus in purgatorio, tenet Inno.4.q postea fuit papa in.d.c.quod autem in fi.de pe.& re. & iuris lumen Ioan. An. in.d.c.quod autem, & Anto. de But. sequuntur Inno. dicentes theologos tenere, quod nõ occurrit ratio quare ecclesia non possit suum thesaurũ communicare mortuis sicut uiuis, & remittunt ad p se, not. in.d.c.a nobis in uerbo super terram & hanc partem tenet Augu.de Anco. ordinis hæremitarum summus theologus in tractatu de potestate ecclesiæ, sequitur Archie. Florentinus in.2.parte.3.partis suæ sum. sub rubrica de sum. pon. & respondet ad illud uerbum super terram dupliciter uno modo quod super terram referatur ad absoluentem, ut sit sensus quencunq; tu existens super terram. Papa enim mor-

tuus non ligat, sed uiuus, alio modo super terram ad absolutos. s. ad existentes super terram quia cum purgandi sunt in terra, uel circa terram dici possunt super terram, quia non in cœlo hanc partem, etiam tenet summa pisana in uerbo indulgentia uersi. utrum unus possit alteri, & Archiepiscopus Florē. in loco proxime allegato. referens hanc partem tenere beatum Thomam, & Ricar. in. 4. sen. sed ut retuli Ricar. dicit hoc limitare per modum suffragij. Item hāc partem cum Inno. tenet etiam dominus Card. in. d. c. quod autem & in cle. 1. § ad hoc. 13. q. de pe. & re. & idem tenet Asten. lib. 5. num. 39. & ar. ulti. & ibi refert Bona. in quarto, dicentem hæc uerba. Si papa hoc potest, quare non absoluit solo uerbo omnes existentes in purgatorio maxime cum sit talibus compatiendum, ut tu etiam asseris in tuis conclusionibus. Et respondet si Deus per seipsum non miseretur eis, & semper uelit timeri iustitiam, multo fortius minister eius hoc facere debet, unde dispensatio thesauri ecclesiæ faciēda ē discrete & cū moderamine, et nisi ita facit nō acceptatur à Deo & spiritualia bona, dissipari nō pn̄t nec cōtra Dei acceptationē distribui secus ĩ tēporalibus, licet male de hoc ēt plenius dicetur ad responsionem conclusionis tuæ, cur papa non euacuat purgatorium reperi. etiam Alex. Lombardum in. 4. di. 20. tenentem, quod quidam magister Perusinus tenuit istam partem quod indulgentiæ papæ possint extendi ad existentes in purgatorio, si tamen uiui

Dispensatio thesauri ecclesiæ discrete est facienda.

pro eis

pro eis faciunt illud quòd in forma indulgentiæ continetur, & dicit quod cum papa audisset de morte illius magistri dixit absoluo talem magistrū a pena purgatorij, & Feli. in. d. tractatu indulgen. 6. col. uersi. sed tandem dicit hanc esse communem opinionem omnium scribentium subdens Asten. in loco prælegato dicit quicquid loquantur disputantes, uel prædicantes, hoc est sana fine credendum & tenendum, quod Christus contulit plenitudinem potestatis suo uicario & tantam utique potestatem quantam licuit dari homini puro & hoc ad ædificationem corporis sui hoc est ecclesiæ potuissem ad hoc allegare. c. debitum de Biga. cum concor. ibi allegatis, unde super hoc non debemus iudicare, sed Deo gratias plurimas debemus agere secundum eum. Subdit tamen Alexander Lombardus quod papa potest succurrere his, qui sunt in purgatorio per indulgentiam indirrectè uel per accidens potest enim dare indulgentias omnibus illis qui orant uel bonum faciunt pro existentibus in purgatorio, & adden. quod Augustinus de Anco. in. d. libello de potestate ecclesiastica. questione. 32. argumento tertio post elegantem discursum concludit papam per communicationem suffragiorum, & indulgentiarum posse facere, quod duorum existentium in pena equali in purgatorio unus citius liberetur quam alius, & ibi in argumento sequenti latissime disputando concludit quòd papa potest facere, quòd bona facta, ab existentibus in peccato mortali,

ſint meritoria exiſtentibus in purgatorio ad pœnæ dimisſionem, uel ualociorem liberationem nō propter meritum faciētiū, quia illi mereri non poſſunt, ſed propter illos qui ſunt in purgatorio, quia iam meruerunt per ea quæ geſſerunt in corpore dum adhuc uiuerent & generaliter utrum ſuffragia facta per malos proſint defunctis habetur pro remisſione per Feli. *in.d. tractatu de indulgentijs.7.colum.uerſ.ſed tamen, qui refert* Pe.de *palu.in.4.di.45.q.1.quē refert* Archie. Flo.*in.2.parte.3.partis ſuæ ſummæ fo. ult.* Auguſtinus de'Anco.*ubi ſupra.q.32.ar.3.Vtrum papa p cōmunicationem indulgentiarum poſſet in totum purgatorium ſpoliare, & latisſime inſtat dicens, q an* Deus *hoc acceptaret eſt ſibi ignotum ut cuilibet creaturæ, concluſionem prædictam.tenet etiā* Iacobus Zocchus *in repet.c.omnis utriuſq; ſexus fo.94.uerſ.8. ſequitur queſtio, qui dicit ſe ita conſuluiſſe in facto fratrum ſanctæ* Mariæ de Catelonia, *quid ego ſentiam colligi poteſt ex his, quæ dicam in ſolutione dubij, cur papa non euacuat purgatorium. Ad comprobationem autem præmiſſorum mihi occurrūt noua, quæ a nemine uidi ponderata nec tacta, uidelicet uerba* Chriſti. Et *ego dico tibi quia tu es* Petrus *& ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam* Mat.16.d.c.*quodcunque, & .c.loquitur.24.q.1.c.in nouo.21. diſtin. cum alijs præallegatis, & eſt bene aduertendum, quia dicta uerba ſunt dicta* Petro *quem* Chriſtus *methaphoricæ ap-*

pellat petram. Christus autem idem est quod ecclesia, quia illa repræsentat Christum possum inquit destruere templum hoc & in tribus diebus excitabo illud loquens de templo corporis sui Io.c.2. & apostolus, petra autẽ erat Christus.1.ad Corin.9. Si Petrus est ecclesia, uel repræsentet ecclesiam, uel Christum, & illius sit rector & portæ inferi non præualent aduersus eam, ergo pro libito, & arbitrio suo potest disponere de existentibus in purgatorio ex quo patent sibi portæ inferi aliter portæ inferi præualerẽt aduersus eam. Nam si de ea non posset disponere esset contra uerba Christi, qui dixit & portæ inferi non preualebunt aduersus eam. Verba enim debet intelligi cum effectu.c. relatum de cle. non resi. de pe. di. §. hæc autem uerba 17.q 4.c. siquis suadente. 23. distin. psalmista. 16. q. 1. in canonibus uers. custodes chartarum. 9.q.2. instit. l. si paulum. §. docere. ff. ne quis. c. qui in ius uo. ui. exi. l. 1. §. hoc autem. ff. quodcunq; iur. l. 2. C. commu. dele. Et debent aliquid operari. c. in is de priuil. c. Abbate sancti circa fi. de uer. signi. c. si papa de priuil. in. 6. ut potius res ualeat quam pereat, ut dicto. c. Abbate, & maxime uerba Christi, qui dixit, iota unũ aut unus apex non præteribit a lege donec omnia fiãt Mat.5. cœlum & terram transibunt, uerba autem mea non præteribunt Lucæ.21. Mat. 24. & facilius est cœlum & terram preterire quam de lege unũ apicem cadere Lucæ.16. Et quæ procedũt de labijs meis non faciam irrita psal. 88, & Deute. 23. circa fi. Et

non potest solui scriptura quam pater sanctificauit, & misit in mundum Ioan.c.10. & hæc uerba sunt latissime interpretanda cum sit quoddã priuilegium c.cum dilecti in fi.de dona .l. hac saluberrima. C. de argen.in rebus.c.uisis.16.q.2.& .q. 1.c. frater noster.paragr.hoc not.in fi.2 q.3.c.ex parte.3. de deci. &.c.quamuis de præben.in.6.& insuper portæ inferi patent Christo iuxta illud attollite portas principes uestras & eleuamini portæ infernales, & introibit rex gloriæ,quis est iste Rex gloriæ dominus uirtutum &c.psal.23.ergo & Petro qui est Petra super qua fundata est ecclesia,ut præmittitur,& sic ecclesia interprætata est uerbo Christi in oratione de beato Petro, sic inquiens Deus qui beato Petro apostolo tuo collatis clauibus regni cœlestis animas ligandi atque soluendi pontificium tradidisti concede &c. Non sic dicit de Paulo coapostolo Petri nec de alijs apostolis,nec obstat quod sequitur et tibi dabo claues regnum cœlorum,immo potius confirmat præcedentia,quia non tantum dat potestatem Petro liberandi animas a purgatorio,sed etiam dat claues aperiendi regnum cœlorum,aliter claues essent inanes,unde dicta uerba intelligi debent cum effectu, & ampliari (ut præmissum est) & intelligenda sic de idoneis, & habentibus uestes nuptiales. Nam ille, qui non habebat uestem nuptialem ligatis pedibus & manibus missus fuit in tenebras exteriores ubi fletus, & stridor dentium Math.23. & Lucæ.14. c. sponsus

56.di. Et de prudentibus uirginibus, quæ sumpserunt oleum secum non de fatuis quæ non sumpserunt oleum secum quibus responsum fuit nescio uos Mat. 25. Nec obstat clausula sequens, & quodcunq; ligaueris super terram & c. ut uideatur, per illa uerba restricta præcedentia. quia dico quòd dicta uerba non restringunt præcedentia, immo potius illa ampliant. Et illud super terram ultra expositionem supra relatam uers. & hanc partem tenet Augustinus de Anco. dico subaudiendā esse dictionem maxime ut denotet idem esse in casu contrario. Et hæc subauditio non est mea nec ex me, sed fuit Innocen. tertij successoris Petri, & conditoris dicti. c. a nobis. 2. ut dictum est in uersiculo. Aggrediamur itaque & uentilemus. Et hoc ne Christus sibi ipsi contrarius uideatur, ut paulo ante dixi in uersiculo, ad comprobationem. Nec mirum si papa habet potestatem in purgatorio, quia illa uerba quodcunque ligaueris &c. Exponi debent, idest si denuntiaueris solutum in foro penitentiali, & intelligi debent per constitutiones, ita exponit Innocen. in dicto. c. quod autem uersiculo si quæris, ut dictum est supra uersiculum primum quòd papa et ibi subijcit per constitutiones enim papæ ligantur multi qui non sunt ligati de iure naturali, sicut patet in his qui sunt in sacris ordinibus cōstituti ut supradictū est Host. aūt in. d. c. p uenerabilē. §. rōnibus qui si. sint leg. ī uerbo decreto exponit Decre. i. decisioni. respōsionem sententiæ dis-

finitioni ordinationi interpretationi, ut supra dictũ est in uers. diuini numinis ac beatissime semper uirginis. 2. facit. Si ergo papa ligat per constitutiones ad peccatum ut supra dictum est in uers. primum q; papa, quòd animæ deferantur ad purgatorium. Et papa sit supra ius positiuum & potest illud in totũ tollere. d. c. significasti & c. ecclesia. 2. de elec. & c. ppo suit de conces. preben. & Inno. in. c. cũ ad monasteriũ de sta. mo. Cum illius sit tollere cuius est condere. c. cũ uenissent. de iudi. & tantam potestatẽ habet q; potest facere ut constitutiones decreta, & interpretationes iuris diuini & naturalis & eius decisiones pro infectis habeantur ut est gl. not. in. d. cle. 1. in uerbo pro infectis de Im. eccle. quam pro ualde not. allegat. d. Abb. in. c. non debet in fi. de consan. & affi. & in. c. nulli in fi. de sen. exco. & Feli. in. c. 1. 7. colum. uersicu. amplia. 2. de constit. et in. c. ad petitionem. 2. colum. in fi. de accusa. Ergo potest animas in purgatorio existentes ex trangressione suarum constitutionum liberare. Quod etiam iuditio meo fuit diffinitum per not. tex. in. d. c. per uenerabilem. §. sane uersi. sunt autem, qui fi. sint legit. Ibi enim dicitur, sunt autẽ sacerdotes leuitici fratres nostri qui nobis iure leuitico in executione sacerdotalis offitij coadiutores existunt. Is uero super eos sacerdos siue iudex existit. Cui dominus inquit in Petro. Quodcunq; ligaueris &c. Eius uicarius qui est sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, cõstitutus à Deo iudex uiuorũ & mortuorũ etc.

Et paulo infra Paulus (inquit) ut potestatis plenitudinem exponeret ad Corin. scribens ait. Nescitis quia angelos iudicabitis quanto magis secularia. Locus autem ad Corin. præallegatus. c. 1. ad Corin. 6. Ecce sacerdos. qui est papa ut ibi dicunt omnes doc. & colligitur ex illo tex. siue ex uerbis tex. appellatur iudex uiuorum & mortuorum. Et sic habet papa potestatē super mortuos hoc est existentes in purgatorio, & in hoc saluo tamen meliori iuditio intrepide dico Hosti. in hoc male sensisse in summa de remis. §. ubi operantur uers. ibi sed die & in. d. c. per uenerabilem in uerbo super terram, ubi dicit quòd uerbum cōstitutus nō facit relationem ad papam sed ad Christum, quia oppositum patet ex uerbis tex. cum dicit constitutus à Deo iudex uiuorum & mortuorum. Nam non potest intelligi constititutus iudex de Christo. Cum tex. nullā faciat mentionem de Christo sed de papa. Item ut faciat differentiam inter constituentem qui est Deus et constitutum qui est sacerdos siue papa. Nec potest dici quòd constitutus sit Christus. Et sic quòd Deus cōstituerit Christum & consequenter se ipsum, quod est absonum. Item si tex. intellexisset de Christo uerisimiliter dixisset a Deo constituto iudice & non constitutus iudex, & si uellemus intelligere quòd illud uerbum constitutus refertur ad Christum non ad papam Inno. 3. qui edidit. d. c. per uenerabilem contradiceret sibi ipsi quia etiam edidit. d. c. a nobis el. 2. allegatum in uers. nunc autē, qui infert q papa habet potestatem

in existentes in purgatorio & sic sit iudex uiuorum & mortuorum, si autem intelligimus quòd illud uerbum constitutus referatur ad papam, ut etiam intelligit Goff. Card. & optimus præceptor meus in canonibus Alexander Neus in dicto c. per uenerabilem & dictũ est supra nulla erit cõtradictio sed cõcordia. Melius est ergo ut intelligatur dictum uerbum constitutus referri etiam ad mortuos existentes in purgatorio & ad papam, ut iura iuribus concordentur sicut expedit de iure. c. cum expediat in princi. & c. constitutio in fi. de electio. in sexto, & a uerbis tex. non est recedendũ. l. non aliter. ff. de le. 3. c. inter corporalia de translatione prælato. c. ad audientiam in fi. cum concordan. ibi allegatis in glo. de deci. Nam cum in uerbis nulla sit dubitatio non admittitur uoluntatis questio. l. ille. §. cum autem. ff. de le. 3. Si enim uoluisset Inno. illud uerbum cõstitutus referri ad Christum hoc uerisimiliter expræssisset sicut expressit à Deo constitutus iudex &c. d. c. ad audientiã, sequamur ergo intellectum Goff. Car. & Alexan. cum magis adhereant ueritati iuribus præallegatis & comprobatur dicto apostoli. 1. ad Corin. 6. dicentis, Nescitis quia iudicabitis angelos quanto magis secularia & animas defunctorum existentium in purgatorio insuper si intelligeremus papã tantum habere potestatem in uiuos frustra allegasset plenitudinem potestatis expræssam per Pau. in dictis uerbis nescitis quia angeli &c. quæ intelligitur de defunctis et a maioritate ra=

tionis. Item in nullo præstantior esse potestas papæ aliorum prælatorum uel episcoporũ, quia & ipsi habent potestatem in uiuos immo, & quilibet sacerdos, quod asserere fatuum est iuribus, & auctoritatibus allegatis in præfationibus & maxime in uersi. primum quo papa & sequen. & maxime cum Hostien. nihil alleget pro sua interpretatione seu intellectu. nã qñq; bonus dormitat Homerus, ut inqt Horatius ĩ arte poetica et gl. ĩ. c. quãuis. 32. q. 7. et Io. An. ĩ. c. ul. de pcur. et gl. et doc. debẽt itelligi secũdũ iura q̃ allegãt ut dicit Bar. ĩ. l. nõ solũ. §. liberatiõis uerbo. ff. de libe. lega. et. est not. dictũ Archi. ĩ. c. nolite el. 2. circa fi. 11. q. 3. nõ esse creden. alicui doctori ẽt magnæ auctoritatis nisi quatenus allegat iura. Idẽ dicit Iason in. l. illam. 3. col. C. de colla. & Car. Zabarella cõsi. 78. p hoc bo. tex. in. c. ego so. s. 9. di. & c. relatũ. 37. di. c. sanctum in fi. de conse. di. 4. & iuxta illud Erubescimus sine lege loqui inquit imperator in. §. cõsydera uimus in autẽ. de tri. & se. & d. l. illam, & hic faciũt ad ea quæ supra dicta sunt in uers. nũc autẽ. Et minime mutanda sunt quæ longam & certã habuere interpretationem. l. minime. ff. de legi. Ex præmissis patet opi. Hostien. per te allegatam quòd indulgentiæ apostolicæ uiuis tantum prosint, & non mortuis. potestas clauium non se extendit ad existentes in purgatorio, & absolutio pro defunctis facta intelligitur ad solatium uiuorum, & ligatio & condẽnatio defunctorum intelligi debet ad confusionem uiuorum

infidelium, non esse omnia ueram nec tenendum (pace tanti doc. dixerim) quia iura per eum allegata hoc nõ dicunt nec inferunt uidelicet dictum. c. sane. 2. 24. q. 2. & intellectus datus per Hosti. non potest uerificari ex litera, nec est uerisimile quòd summi pon. nominati in d. c. sane fecissent tot absolutiones uel damnationes ad solatium uiuorum uel improbationem infidelium contra meram ueritatem, & intellectus Hosti. est potius quædam diuinatio quam ueritas. Nec a uerbis tex. recedendũ est quæ sunt clara ut patet ex illorum lectione & responsio seu factum principis intelligi debet secundum ius commune & facit ius ut est glo. not. in. c. consultationi de temp. or. & in. c. tuæ de fi. præsby. Nec est uerisimile quòd sancti patres & pon. fecissẽt tot absolutiones seu condemnationes, ut relatæ sunt in. d. c. sane si iure facere nõ potuissent. Nec Inno. 3. q illorum uestigia secutus q scripsit. d. c. a nobis & . c. p uenerabilem dicta iura condidisset si dicta exempla uera non fuissent, nec omnes doc. approbassent ut approbant. d. circa pro ut approbarunt si ueritatem in se non continerent, maxime. d. Ab. & Feli. uerba enim canonum non sunt improperanda sed in suo sensu intelligenda iuribus præallegatis, & in hoc arbitror Hosti. male sensisse pace illius sicut etiã male sensit in alio articulo secundum Bal consilio. 166. incipiente in Christi nomine punctus questionis. 3. colum. 2. uol. qui dicit ipsum Hosti. in. d. articulo habuisse malam scientiam & peiorem cõsciẽtiam, licet in reliquis sit

dignus omni laude. Nam uero iuditio & quãdoq; bonus dormitat Homerus, & omnium habere memoriã & in nullo penitus errare potius est diuinitatis, quã humanitatis. Inquit imperator in l.2.§. si quid autẽ C.de ue.iur.enuc. Multa alia ad rem facientia dicentur Deo propio in libello de thesauro ecclesiæ. Ad solutionem uero dicentur tuæ conclusionis: Cur papa non euacuat purgatorium &c? Respondetur quòd ideo papa non euacuat purgatorium, quia ei a Christo datæ sunt duæ claues, non una tantum in singulari, sed claues in plurali, simul & uno tempore altera quarum est potentiæ, altera discretionis seu sciẽtiæ. unde una sine altera parum ualet ut not. in. §.1. & sequen. 20.di. & c. ult de exces. præla. & per.d. Ab. in.c.1.§.una.1.colum. de sum.tri. & fi.catho. & in.c.licet de euitanda.1.not.de elec.allegat Inno.in.c. quanto de consti. & Hosti.in summa de remissionibus. §.1.per totum. Et dicunt ponderãdo uerbũ quodcunq; ligaueris. quod est uniuersale affirmatiuum. Nihil enim excludit qui dicit quodcunq;.c.si Romanorũ 19.di.c.solitæ de ma. & obe. qui dicit quòd papa potest omnia intellige claue discretionis nõ errãte ut.c. miror.24.quest.1. idem dicit in.c. uenerabilem. 9. colum. in prin. de electione not. Hosti. in .c. quanto de transla. præla. & Inno. in.c. quanto de iure iur. & Hosti. in summa qui fi. sint legit.§.qualiter & à quo 3.col.uersi.ergo. & dicitur clauis non errare, quãdo non exorbitat seu repugnat a regulis iuris diuini seu

Cur papa nõ euacuat purgatoriũ.

præceptis naturalibus. Ita *dicit summus iureconsultus præceptor meus in canonibus* Alexan. Ne. in.c. *quanto.* 8.*colum.de iure iuran.unde dicit quòd si papa per dispensationem concesserit, illud quod secundum se est peccatum, uel iure naturali contrarium. Talis dispensatio non ualeret & clauis papæ erraret, & hoc idem tenet.d.* Ab.in.d.c. *uenerabilem.* 9. *colum.in prin.& idem* Alexan. Neus *latissime approbat in consilijs suis.*1.2.& 3.*editis cõtra iudeos fenerantes, & unum not.uerbum per ipsum relatum in.d.c.quanto de iure iurando, non omitto, quod fuit* Hosti. & Ioan. An.in.d.c.*quanto de transla. præla.* *qui dicunt quòd* Dei & *papæ est idem concistorium: Cum papa sit eius uicarius & omnia potest quæ ipse* Deus *claue non errante, unde papa potest dispensare in iuramento si subest causa.* Alias *non posset, ut dicit glo.not.& singularis in.d.c. quãto in uerbo absolui deiureiur.* Idem *dicimus in uoto ut poßit in eo dispensare subsistente causa.alias non potest, ut est glo.singl'is.in.c. non est in uerbo adimplere de uoto, quam glo.dicit singularem.d.* Ab.*in.d.c.significasti* 5.*col.in prin.de elec.& si nõ dispẽsat causa subsistẽte mortaliter peccat ut est glo.not.in.c.exigũt.*1.q.7.et *in.c.domino sancto in uerbo necesse & in.c.ut cõstitueretur in uerbo detrahunt,*50.*di.quas pro not.*alle*gat* Alex.*in.c pastoralis.*3.*col.de ap. & in.c.*1. 28. *col.de cõstit.hoc idem tenet diuini ingenij* Bal. *consilio.*276.*incipiẽte ĩ* Christi *nomine rex* Romanorũ.*t.*

Dei & papæ idem est concistoriũ.

Papa dispẽsat in iuramento & uoto.

col.uerſ. & ad huius queſtionis.3.uol. ubi dicit. Tria principaliter conſiderāda in principe poteſtas uoluntas & modus. Nam ſine potentia nihil ad actū deducitur & ſine uolūtate nihil conſenſu perficitur, & ſine modo nihil ad finē ſuū dirigitur, quo ad primum id poßumus quod iure poßumus. l. nepos proculo. ff. de uerbo ſign. poterat etiam allegare. c. faciat homo 22. q. 2. & Ni. de lyra Marci. 6. in uerbo & non poterat ibi uirtutem ullam facere dicit illud non poſſe non referri ad potentiam abſolutā ſed congruitatis et decentiæ. Item certum eſt q. potentia eſt principiū cuiuſq; effectus adeo q. tibi deficit potentia, in quo inſpiciamus initium quicquid geritur incongruū reputatur. l. 1. §. ſi filius. ff. de le. 3. l. 1. ff. de regula Cat. l. inter ſtipulantem. §. ſacrā. ff. de uerbo. ob. l. ſi minor. ff. de ſer. expor. quo ad ſecundum. ſ. de uoluntate. Certum eſt, quòd conſenſus & uoluntas ſunt radices actuum humanorum, & eam ſubſtantiam uocamus & ſine ea nulla eſt ſubſtantia. l. obligationum ſubſtantiæ. ff. de accuſa. & obliga. l. prima paragr. conuentionis. ff. de pac. Omnis enim actus beneplaciti requiſiti eſt ſine anima, ſi non eſt firmatus conſenſu, & caret ſpiritu eſſentiali. l. ſi ego & l. non omnes. ff. ſi cer. pe. quo ad tertium, ſcilicet de modo. ſatis patet, quia ubi non tenetur modus ordinatus. Ibi non poteſt quis adipiſci finem, quia deſtructo modo, deſtruitur ordo & ordinatum ut in aut. de hereti. & falſi. §. ordinatum de reſtitutio. ſpol. c.

pisanis.c.cum dilecta de rescri.ff.de consti. pecu.l.1. §.1.iuxta illud poeticũ est modus in rebus sunt certi deniq; fines Quos ultra citraq; neqt cõsistere rectũ. Omisit allegare Horatiũ in sermonibus & not. ff.de uer.ob.l.si ita quis.§.ea.lege,et dicit Aristoti.quod duo sunt p quæ hominibus bene cõtingit intentionẽ po ni recte et assummi modos ducentes ad finem,& ista uerba deberent esse descripta in pectore Regum, & Boetius dixit quod duo sunt in quibus rerum intentio naliũ cõsistit effectus potestas scilicet & uoluntas. Di citur autem potestas legittime posse. Nam non possu mus quod cum iniuria poßumus. Nam hoc posse potẽ tia non est, sed diffidentia quædam, & ideo Deus omnia potest,tamen peccare non potest Bal.potuisset allegare ad hoc.c.si Paulus.32.q.5.&.§.charitas de peni.distin.2.hinc est quod conditio temporis non di= citur potestatiua. ff.de condi.isti.l.filius et lex dicit q ea,quæ ad turpem causam referuntur,non debent ad effectum perduci.ff.de an.lega.l.quintus.parag. pom ponius.ff.de condi.insti.l.quod in suo, pro hoc dicto Bal.ego allego.c.in malis,22.q.4.&.c. in malis de reg.iur.in.6.ubi dicitur in malis promissis rescinde fidem in turpi uoto muta decretum,quod incaute uo= uisti ne facias impia est promißio, quæ scelere adim= pletur. Et sicut iuramentum habet tres comites ueri= tatem iuditium & iustitiam.c.2.22.q.2.sic in princi pe,tria debẽt concurrere potestas uoluntas & mo= dus,ut prædictum est. Idem dicit Pau.de Cas.consilio

Aristotelis. Boetius. Deus nõ potest peccare. Iuramentũ habet tres comites.

quodam quòd in principe tria sunt consideranda uidelicet quid deceat secundum honestatem, quid liceat secundum equitatem. Quid expediat secundum utilitatē hoc sumpsit ex.c.magnæ de uoto, licet ipse hoc non alleget. Quamuis enim princeps sit solutus legibus, tamen secundum leges se uelle uiuere profitetur.l. digna uox.C.de legi.insti.qui mo.testa.infir.paragr. ulti.l.ex imperfecto.ff.de le.2.& l.prīceps.ff. de legi. cum concor. Item non est solutus disc.rationis cum sit animal polliticum rationale, ut tenet Bal.in.l.1. C.de serui.& Seneca ad lucillum epistola.38.uis tibi omnia subijcere, subijce te rationi quem allegat glo. in.c. ex eo, quòd in uerbo quam rationis de elec.in.6. Hoc & colligi potest ex euangelico dicto, cum Christus appellat seruum fidelem & prudentem quem constituit dominus super familiam suam &c. Mat.24. & bonos & prudentes qui quinq; & duo talenta superlucrati sunt sua prudentia non sic quia abscondit pecuniam sui domini Mat.25.& prudentes uirgines appellat, qui sumpserunt oleum secum. fatuas autem appellat quæ neglexerunt summere oleum secum Mat. ibidem & filius prodigus qui substantiam suam cōsumpsit in meretricibus nō prudens sed fatuus dictus est. Lucæ.15.ex quibus euangelijs colligitur qualis esse debeat papa.s.fidelis & prudens cui Christus suum gregem commendauit bis & tertio dicens Simon amas me pasce oues meas.d.c.in nouo.21.dist. c. significasti de elec.cum multis concordantijs supra allegatis ma-

xime in uers. primum quòd papa. & Paulus. 1. ad Corin. 9. inquit hinc quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur & Petrus apostolus epistola. 4: unusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Et ponderando ex facto Christi, qui Ioanni eius consobrino seu consanguineo dilecto cui recūbenti super pectus eius arcana diuina reuelauit Ioan. 21. gregem suum seu oues suas comendauit, sed Petro Galileo & illi administrationem gregis sui dedit Dicens sequere me ūt ibi subijcitur, & ita ibi intelligit & declarat Ni. de lyra. quia Petrus erat senio confectus & consequenter prudens prudentia enim non attribuitur iuueni sed senibus propter longam & diuturnam rerum experientiam teste Cicerone de senectute. Mens enim (inquit) ratio & consilium in senibus est, qui si nulli fuissent: nullæ ciuitates omnino essent unde & sapientiæ. 4. c. dicitur senectus enim uenerabilis est & plus ualet umbra senis quàm ensis iuuenis (inquit) Seneca. Si enim papa omnes animas de purgatorio liberaret non prudens & fidelis diceretur sed imprudens & infidelis, et prodigus quia priuilegio suo abuteretur priuilegium autem meretur perdere qui sua abutitur potestate. c. contigit el. 2. de sen. exco. c. priuilegium. 11. q. 3. c. tuarum de priuile. & clauis discretionis de qua supra dictū est circa prin. huius questionis erraret. Insuper facilitas ueniæ incentiuum præbet delinquendi. c. ut clericorum de ui. & ho. cle.

h o.cle.c.cũ iniusta.23.q.4.c.si uir in fi.de adul. Itē papa debet se conformare uoluntati Christi, cum sit eius uicarius qui diligit iustitiam & odit iniquitatē, psal.44.& dixit descendi de cœlo non ut faciam uoluntatē meā sed uolūtatē eius qui misit me patris.Io. 6. Nam si proconsul aut prætor e carcere dimitteret omnes reos mortis sicut dimisit Pilatus Barabam Math.27.Ioan.19. Lucæ.23, Mar.15. procul dubio deberet sindicari.l.obseruare.§.proficisci cum ibi not.ff.de offi.procon. & lega. Item indulgentiæ debent esse discretæ alias non ualent ut supra dictum est uersi Nunc autem, & optime nouit Papa se redditurum rationem uillicationis suæ Lucæ.16.c. qualiter & quando.2.in prin. de accusa. Ex præmissis liquido patet solutum tuum quæsitum quare papa nō euacuat purgatorium.

Et licet ex præmissis iuribus auctoritatibus, & exemplis pateat solutio tuorum argumentorum, ita ut alia responsione & solutione opus non sit maxime cum iuribus munita non sint, quæ talia appellare argumenta soleo facta in barocho uel baralicton, tanquàm nomina, seu uerba iuris incognita & ridicula, quia erubescimus, sine lege loqui.l. illam.C.de collationib.cum alijs concordantijs iuribus sæpius allegatis, & frustra occupant chartam.c.si Romanorum decimanona distinctione. Tamen, ut clarius, & lucidius ueritas elucescat, & detegatur perfidia tua, & errores

tuos cognoscas, ut reuertaris ad uiam salutis a qua declinasti illis respondere decreui.

Ad primum igitur argumentum in quo dicis quòd lex dicitur in homine quandiu uiuit & morte, alteri coniugi, qui superest solutum est matrimonium nihil allegas. Ego pro te allego ad Romanos.c.7.in prin.respondetur,quod propter transgressores facta est ad Galla.3.&.5. & qui Dei spiritu aguntur non sunt sub lege,& lex iustis imposita non est, ut inquit tex.in.c.licet quibusdam in prin.de regula.c.nisi cum pridem. §.sed dices de renun.c. duæ sunt. 19.q.2. Et quia homo dum uiuit peccat trāsgrediendo legem diuinam uel humanam,& nemo sine crimine uiuit, & si dixerimus quòd peccatum non habemus ipsi nos seducimus & ueritas in nobis non est Io.1.epistola.& licet lex non dominetur in homine post eius uitam tamen dominatur eius effectus, qui est macula peccati commissi,sicut lepra sequitur leprosum infamia infamem excommunicatio excommunicatum ut est glo. in l.ex ea.ff. de postu.c.si quis a proprio.11.q.1.c.ad reprimēdā de offi.or.&.c.1.de treu. & pa.c.1.de rap. sic peccatum peccatorem sequitur etiā post eius mortem nisi penitentia præcesserit,unde uerum est quod lex post mortem non dominatur homini, quia homo mortuus non potest peccare nec trāsgredi legem, ideo lex post mortem non dominatur, quia lex est facta pro mortuis,sed pro uiuis iuribus præallegatis, & licet matrimonium soluitur morte alterius coniugū quia

desinunt substantialia matrimonij, quæ sunt fides pro les et sacramentum.c.omne. 27.q.2.glo.in.c.puberis de despon.impu.& glo.in.c.per uenerabilem in uerbo de tribus qui fi.sint legit.tamen morte nõ tollitur peccatum matrimonio constante commissum,& Ni. de lyra ad Roma.7.super uerbo lex dominatur exponit seu intelligit uirtutem legis coercendi cessare cessante lege sicut lex Mosaica cessauit adueniente lege noua, sed quomodocunq; intelligatur dicta auctoritas nõ concludit tuum intentum, nec facit ad rem iuribus præallegatis.

Ad secundum argumentum,in quo dicis leges canonicas esse allegatas circunstantijs temporis loci personarum sicut omnes aliæ leges positiuæ de solo enim uerbo Christi dictum est,in æternum domine permanet uerbum tuum in sæculum sæculi ueritas tua,& iustitia eius manet in sæculũ sæculi debuisti allegare psal. 111.uerbum & iustitia manet ad tempus dũtaxat, quare illis mutatis cessant leges, respondetur quòd licet leges positiuæ possint mutari,& pro arbitrio superioris mutentur, tamen satis est quòd possint esse perpetuæ,ut in simili dicit glo.in cle.2. in uerbo electionem de rescriptis, quæ dicit quòd licet offitialis episcopi poßit ad nutum episcopi amoueri tamen sufficit quòd posit esse perpetuus,idest quam diu uiuat ff.pro so.l.1.facit de his quæ fi.a præla.c.cum apostolica.insti.de auto.tu.§.neq;.ff.de condi.inde.l.sufficit. Et maxime quia mutatio & uariatio est pro-

bibita & damnata cle.1.de renun.& not.in.c. nō debet in prin.de consan.& affini. & legum correctio est odiosa.c.cum expediat.c.constitutio de elec. in. 6. Et quod non mutatur quare stare prohibetur.l.sancimus.C.de testa.Hosti.in.c. inter corporalia in fi. de transla.præla.c.statutum in prin.de rescriptis in. 6. l.præcipimus in fi.& ibi glo ult. C. de ap. Item licet mutari possint leges humanæ tamen eius effectus de præterito non mutatur ut dictum est in præcedenti argumento uel dici potest quòd per dictum argumentum non inferri quòd leges canonice non sint & dici possint perpetuæ & perpetuo ligent donec mutentur, uel dici potest ꝙ cessant leges positiuæ quo ad futura, quia defunctus peccare non potest et sic non subiacet legi,sed ꝑ hoc non tollitur macula contracta per trāsgressionem legis ipso uiuente, quæ macula defunctum comitatur ut sæpius dictum est.

Ad tertium argumentum in quo dicitur, quòd si ius cogit etiam cum uiuentibus dispensare & legem mutare quādo legis cōdictio cessat uel in peius uergit cum (ut papa leo dicit) non debent contra charitatem militare quod pro charitate statutum est, ita certe qđ contra ueritatem pacem &c. Cæpit militare quā magis morituris leges sunt tollendæ, cum non solum cessit ibi condictio legum,sed cui & cuius condictionibus positæ fuerunt. Respondetur hoc tuum argumentum nō concludit nec mereri responsionem, quia nihil alle gas.Turpe est autē sine lege loqui.d.l.illā.C.de colla.

& .l.ult.C.unde.ui §.cõsyderauimus in auten.de tri. & sc.per me.supra pluries allegatas. Et ego pro te allego not.gl.in.c.exigunt.1.q.7.& glo.in.c.domino sancto in uerbo necesse & gl.in.c.ut constitueretur in uerbo detrahendum.l.di.quæ notabiliter dicunt q̃ papa & episcopus nõ dispẽsando in casibus licitis peccant mortaliter quas glo.pro not.allegat dñs meus in canonibus Alex.ne.in.c. pastoralis.3. col.de ap. hoc uerum est q̃ papa & episcopus tenentur dispẽsare cũ uiuentibus ubi æquitas suadet uel necessitas requirit dispensationẽ. Non tamẽ sequitur ergo & cũ mortuis uel morituris, quia illa ratio quæ militat in uiuis nõ militat in morituris sed est diuersa ratio. quia dispẽsatio in uiuis importat necessitatẽ iuribus præallegatis & derogatio seu remotio iuris fit subsistẽte causa d.c.nõ debet in prin.de consan.et affi. liberatio uero a pena purgatorij quæ fit p̃ indulgẽtias plenarias seu apostolicas, non importat necessitatẽ cum æquum sit & iustum ut crimina non remaneant impunita. c.ut famæ in princi.de senten. excommu.l. ita uulneratus ad.l.aquil.l sicum paragr.primo ff.de solutio.l. si longius. §.1 .ff. de iudicijs cum similibus, & si conceditur indulgentia, huiusmodi concessio fit ex mera liberalitate concedentis. Ita ut libere dicere posit illud euangelicum. An non licet mihi quod uolo facere Mat.20.

Ad quartũ arg.ubi dicis ex uerbis legis,i quibus clare exprimũtur dies anni.anitiũ uigiliæ labores pere-

grinationes &c. quæ manifesta sunt esse huius uitæ et per mortem cessare ubi homo longe in aliam uitam migrat ubi non ieiunat, nec plorat, nec comedit, ut qui non habet corpus, unde miraculum ubi videtur q per inquisitores hæretice prauitatis Ioan. *Gerson qui damnabat indulgentias titulo multorum annorum donatus in stationibus urbis &* Sixti. 3. *pon. post mortẽ non fuerit concrematus seu combustus*. R*espondetur quòd nudum est argumentum & non concludens & q licet dicta opera cessent morte operantium, non per hoc cessat facultas papæ in eis in quibus delinquunt uiuendo & transgrediendo mandata sua & leges diuinas & humanas, quia ut etiam supradictum est nemo sine crimine uiuit.* Septies enim in die *cadit iustus ut est glo. not. insti. de iust. & iure in prin.* Et *infans unius diei non est sine peccato.* Nec *astra sunt sincera apud* Deum *inquit* Augustinus *ad hæremitas sermone* 29. 6. *colum. & sermone.* 49. 4. *colum. &.* §. *charitas autem in fi. de pe. di.* 2. *& iuxta illud non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens psal.* 42. *et* Pau. *nihil mihi conscius sum sed in hoc iustificatus non sum* 1. *ad* Corin. 4. *& nemo potest gloriari castum & mũdum habere cor. inquit* Augustinus *ad* H*æremitas sermone.* 46. *circa medium, quia in peccatis meis concepit me mater mea psal.* 50. Et *nemo bonus nisi solus* Deus. Lucæ. 18. *&* Math. 19. *& licet tuus* Ger*son non fuerit combustus uti hæreticus non per hoc sequitur, ergo non fuit hæreticus, quia negligẽtia inqui-*

ʃitorum non purgat peccatum hæreticorũ ʃicut omiʃʃio appellationis non purgat uitium ʃententiæ inquit glo.ulti.in.c.quem contra in ʃi. de probat, & glo. ult.circa ʃi.in cle.ʃi appellationum deniq;, & .d.Ab. in.c.paʃtoralis. §.quia uero.4.colum. uerʃi. 2. not. de offi.dele. & multa per patientiam tollerãtur quæ ʃi in iuditium exigente iuʃtitia deducerentur non tollerarentur.l.a patre furioʃo.ff.de his qui ʃint ʃui uel alie.iuris.c.cum iandudum in ʃi.de præben.& Chriʃtus iuʃsit dimitti creʃcere zizania uʃq; ad meʃʃem ne forte colligentes zizania eradicarent cum eis & triticum Mat.13.c.audi in ʃi.11.q.3.c.quantus.23.q.3.et q.1.poʃt prin.uerʃ. Item cum paterfamilias & .q.4. c.infideles & .c.quidam, & aliquando diʃʃimulat peccata hominum propter penitentiam ſapiẽtiæ.11.in ʃi. & facit ʃolem ʃuum oriri ʃuper bonos & malos & pluit ʃuper iuʃtos & iniuʃtos. Mat.5.c.ulti.28.§.ex his.23.q.4. & ʃi quotiens peccãt hoĩes ʃua fulmĩa mittat Iuppiter exiguo tẽpore ʃolus erit inqt Ouidius.

Ad quartum argumentum,in quo dicis q, reʃpiciẽdo ad intentionem latoris canonũ quos certum eʃt,nec cogitaʃʃe eius intẽtionem fuiʃʃe ut huiuʃmodi canones imponerentur morituris. Reʃpondetur quòd intentio conditoris canonum uerisimiliter fuit ut canones ligent tranʃgreʃʃores ut patet in.c.ʃi quis ʃuadente.17. q.4. & in.c.cum olim de cle.coniu.& in clemẽ.1.de conʃan. & affinita.cum aliis ʃimilibus alias canones eʃʃent inutiles & ludibrio hominibus.

Nam ideo penæ per canones impositæ sunt ut humana coarceatur audatia & tuta sit inter improbos innocentia.c.factæ sunt leges.4.di. & in prohemio Grego.uers.ideoq; lex. Nam p leges nemo bene facere cogitur sed male agere prohibetur.c.ad fidẽ.23.q.5. & propter transgressores facta est lex ad Gala.2.& penæ inuentæ sunt ut homines inducantur ad bonũ uirtutis inquit Ni.de lyra super.1.epistola ad Roma.in uerbo sed etiam,& extant uersus Horatij in sermonibus quos glo.allegat in.c.eũ qui de præben.in.6.

Oderunt peccare boni uirtutis amore

Oderunt peccare mali formidine penæ.

Ad sextum argumentum,in quo dicis crudelissime facere sacerdotem si non relaxat fratri. Sicut & sibi uellet fieri. Respondetur ut supra dictum est in uers. Ad solutionẽ uero huiusmodi tuæ conclusionis.

Ad septimum argumentum,in quo dicitur si canones penitentiales manent mortuis. Eadem ratione & cæteri canones.Celebrent ergo agant festa ieiunia uigilias nõ dicant horas canonicas comedant oua, & reliqua.Respondetur q, in cæteris canonibus non est eadem ratio quæ est in penitentialibus,ideo non idem ius.c.translato de consti.cum concor.ibi allegatis nisi uelimus imitari illum medicum imperitum,qui uno colirio omnes oculorũ egritudines curabat.c.ult.29.di.sed est facienda distinctio inter canones. Sicut inter sanguinem & sanguinem,lepram et lepram Leui.c. 13.c.per uenerabilem ult.col.qui fi.sint legit. Itẽ non

per hoc debet homo cessare ab bonis operibus, sed unum facere & aliud non omittere Mat.23. & Lucæ 11. Exemplo Pauli qui licet sciret se esse de numero electorum tamen non debebat aliquid omittere de cõtingentibus ad salutem consequendam ut dicit Ni. de lyra.1.ad Cor.9.in fi.

Ad octauum argumentum, in quo dicitur de facto infirmus corpore, & si non sint morituri tolluntur canones tam penitentiales, quàm morales. Sacerdos enim infirmus, non tenetur orare deinde alij quoq; nec ieiunare, nec uigilare, nec a carnibus lacte ouis abstinere. Ad hoc nihil allegas. Ego pro te allego. Inno. in c.1. circa medium de celebratio. missa. qui dicit quòd infirmi excusantur a dicendo offitium, & in ecclesia forte ab audiendo, talis tamen debet esse infirmitas in qua directo uel occasionaliter sibi obesset, uel obesse timeretur si celebrationi offitiorum uel diuinorum interesset. Infirmis enim non est lex imposita, hæc sunt uerba Innocentij in dicto .c. primo, quem sequuntur ibi dominus Abbas in fine, & Cardina. in clementina prima tertia columna uersiculo, quero in to. & sequenti columna eodem titulo facit glosa in .c. placuit & .c. peruenit. 18. distinctione & glo. in. c. 1. uerbo infirmitas de cle. non resi. in. 6. quæ dicit q̃ ĩfirmitas excusat a celebratione diuinorum. c. significatũ de præben. & facit quod not. in c. querelam de procur. ubi. d. Ab. in. 1. not. dicit q̃ leuis febricula & uetus quartana non excusat citatum

a comparendo in iuditio .l. quæsitum .ff. de re iudi. Respondetur quòd ideo necessitas excusat infirmum in casu præmisso, non sic in alijs sanis corpore, quia necessitas facit licitum, quod alias esset illicitum.c. quod non est de re iur. quia necessitas non subiacet legi.c.2.in fi.de obser.ieiu.c.quanto de consuetu.c. sicut de conse.di.1.c.peruenit de conse. di .3. unde tempore necessitatis omnia sunt cōmunia .c. dilectissimis 12.q.1.l.2.§.cum in eadem naui.ff.ad.l.Rod.de iac. excusat enim necessitas.d.c.quod non est.& .c. discipulos de cōse.di.5.ar.in.c.quisquis & .c.delitiæ.41. di.c.cum in omnibus.81.di.c.si quis propter necessitatem de fur. & propter necessitatem famis Dauid comedit panem propositionis.1.Regū.c.21. Mat.12. in prin.Luc.6.in prin.§.His ita.25.q.1.& propter hoc pater potest uendere filium.l.2.C.de pater qui fi. dis.& glo.insti.de patr. po.in uerbo ius autem, & hæc addi poßūt ad ea quæ dixi supra uers. ad tertiū.

Ad nonum argumentum in quo dicitur quòd quicunq; maiorem pœnam subijt quam sibi imposita est huic merito & naturali iure remittuntur minores, sed moriturus subijt ultimam summam & maximam pœnarum.s.mortis quare præsente morte omnis alia debet tolli cum uix ullus sufficiat huic penæ & item finge coram legislatore mortuum sese ad mortem offerentem an non ille statim suas sententias reuocabit nihil ad hoc allegas & sic non esset respondendū, sed ego pro te allego quòd in maiori inest minus.l.sem-

pronius proculo.ff.de le.2.l.diẽ proferre.§.si plures ff.de arbi.& c.1.eo.tit.in.6.& optime facit, quod not.& ponit præceptor meus in legibus Bar. Cepola Veronen.cautela.4.incipiente pro condemnato, ut executio differatur, q dicit ad hoc ut differatur executio sententiæ criminalis cautela est ut reus accusetur de grauiori crimine ex quo maior pena est illi imponenda de hoc dicit esse casum singularem in .l. penult. §.ult.nihil no.ap.pen.Et hoc dicit tenere Bar. per illũ tex.in.l.2.§.ulti.de custo. re. & Ludo. Ro. singulari.461.incipiente,suscipe unam cautelam. Respondetur quòd pena corporalis non tollit penam spiritualem hoc est impositã animæ per sacros canones propter eorum transgressionem.c.admonere.33.q.2. glo.not.in.c.de his in fi. de accusa. & quod not.d. Ab.in.c.cum quidem.2.colum.uersi.oppo.cõtra tex. de iure iur.c.ut mensure de emp. & uen.

Ad decimum argumentum in quo dicitur illustres quidam in ecclesia doctores dicunt quòd Christianus quilibet sit ditissimus quia per mortem uoluntariam potest omnia soluere, & statim euolare cum nihil sit maius uoluntaria morte, propter Deum suscepta. Ergo frustra canones illic reseruantur huius sentẽtiæ dicis esse Guielmum, Pari, Gerson, & sequitur eos nõ irrationabilis multitudo. Respondetur quis tibi aut dictis illustribus doc.reuelauit quod asseris esse uerum cum nec tibi, nec dictis doctoribus etiam si illustrißimi eßẽt credatur, nec sum ergo credulus illis, ut utar

carmine Virgiliano, quia nihil allegas. Erubescimus enim cum sine lege loquimur. Iuribus sæpius supra relatis, & arbitror dictos tuos illustres doc. conventiori nomine tenebrosos & hæreticos mereri appellari tanquàm male de fide sentientes (ut accepi) reprobatos & damnatos sicut Ioachin de quo in. c. dãnamus de sum. trini. & fi. ca. & alios multos nominatos in c. sane el. 2. 24. q 2. quos retuli supra in uers. ad discussionem. Quoniam sola mors uoluntaria propter Deum suscepta nõ sufficeret ad hoc ut immediate euolaret ad uitam æternam nisi præcessisset confessio et satisfactio, & posset esse aliquis non omnino mũdus. Sicut dixit Christus apostolis in lotione pedũ ipsorũ apostolorum uos mundi estis sed non omnes Io. 13. & quid dicit spiritus per os prophetæ, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in mõte. sancto tuo, qui ingreditur sine macula & operatur iustitiam, qui loquitur ueritatem in corde suo qui non egit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malũ & opprobrium non accepit aduersus proximos suos qui iurat proximo suo & nõ decipit, qui pecuniã suã non dedit ad usuram & munera super innocentẽ non accepit qui facit hæc non commouebitur in æternum psal. 14. Ecce requisita ut quis possit dici saluus: & omisso purgatorio statim euolet ad uitam æternam, Ergo sola mors propter Deum non facit animam morientis ad uitam euolare æternam & esto q̃, aliquis omnino mundus & sanctus ut Ioannes Baptista &

apostoli Petrus & Paulus & alij innumeri martires statim euolauerint ad gloriã æternã nõ p hoc sequitur ergo nõ est purgatoriũ. Ergo papa nõ potest cõcedere indulgẽtias pro existẽtibus in purgatorio et pro alijs qui in uita sua pfectã penitẽtiã de peccatis suis nõ fecerunt. Et nõ possum nõ ualde admirari te appellare dictos tuos doc. illustres quorũ scripta sunt reprobata ut supra dixi Beatũ uero Thomã Aquinatẽ qui propter uitæ suæ sanctimoniã & diuinã doctrinã ab omnibus sacræ theologiæ doctoribus & canonistis approbatũ meruit solus angelicus doctor & magister appellari spernis & contemnis. Qua in re mihi uideris immitari iudeos, qui Barabã homicidã uirũ scelestissimũ tanquã probũ et Innocentẽ obtinuerũt dimitti & a morte liberari. Christũ uero qui peccato non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius Esa. 53. Io. 1. et 8. c. Petri. c. 2. c. sic. n. de pe. di. 2. §. ex ostẽsũ. 2. q. 7. appellabãt seductorẽ uoracẽ anticũ publicanorum & peccatorum demoniũ habẽtẽ Io. 8. Mat. 11. et. 26. Lu. 7. Aug. ad hære. ser. 54. 6. col. et demũ ĩter latrones crucifixerunt Mat. 26. et Lu. 23. Mar. 15. et Io. 19.

Ad undecimũ arg. in quo dicis si mors satis penarũ nõ est nisi morituris & canones ferat ergo canonum pœna maior erit mortis pœna Quippe q ultra mortem durat et fiat iniuria morti christianorum de qua dictum est præciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Respondetur, quòd nulla fit iniuria mortis Christianorum in huiusmodi casu præmisso

quia mors occidit tantum corpus & non animã quæ immortalis est & inficita per peccatum commissum corpore uiuente ex dispositione sacrorum canonũ subiacet dictis canonibus etiam post mortem corporis, ut supra dictum est in uersi.ad primum igitur argumentum & sic nulla fit iniuria morti circa suum ofsitium, uidelicet circa corpus.

Ad duodecimum argumentum in quo dicitur finge peccatorem rapi in ipsa confessione Christi statim subire martirium ante quam canonibus satisfaciat, ut de sancto Bonifatio martire legitur hunc ergo remorabitur purgatorium ne sit cum Christo, & fiet ut oretur pro martire in ecclesia at omnis uolũtariæ moriens, de hoc enim loquitur.i. de Christo qui etiam pro uoluntate Dei moritur. Respõdetur quòd in martirio si quis passus est quantum debet uel plusquam debet Deo illum non morabitur purgatorium, sed statim euolabit ad uitam æternam sed si aliquis restat ultra martirium illum purgatorium morabitur quo ad usq; reddat uniuersum debitum Mat.18.

Ad decimum tertium argumentum in quo dicitur cur non ciuiles quoq; leges post mortem manent soluendæ cum & ipse ligent coram Deo in cœlis nõ sua uirtute, sed Christi & apostolorum Petri & Pauli tradunt ex animo propter conscientiam illis subijci oportere quia sic est uoluntas Dei. Respondetur quòd etiam leges a canonibus approbatæ uel non reprobatæ tenent animam defuncti ligatam propter illarum

transgreßionem factam ante mortem, & sic eo uiuente iuribus allegatis & in uersi.ex præmißis patet & notant doctores in.c.ecclesia sanctæ Mariæ de consti. faciunt quæ dixi in uersi.p̃mitto etiã quod potestas.

Ad decimumquartum argumentum in quo dicitur canones cessant quando laicus penitens mutat statũ.s. in sacerdotium aut sacerdos in episcopum, aut in monacum & cessatio fit in hac uita, & non cessat in mutatione mortis quid absurdius. Respondetur quod hoc tuum argumentum nõ meretur responsionẽ quia nihil allegas sicut nec alia argumenta tua & insuper negatur quod cessant canones in dicta mutatione, quia ita subiectus est sacerdos episcopus & monacus & clericus sacris canonibus sicut laicus, immo grauius peccat episcopus & sacerdos monacus & clericus, quã laicus trãsgrediẽdo canões iuxta illud Iuuenalis.

Omne animi uitium tanto conspectius in se crimẽ habet quanto qui peccat maior habetur quos uersus allegat glo.in.c.1.in uerbo tanto maior de translatio. prælatorum est optimus textus in.c. quidam de iure iuran.cum multis concor.ibi allegatis in glo.item est quod canones cessent (ut tu asseris) quando laicus mutat statum non per hoc macula contracta est transgresſione canonis ante mutationem, nisi condignam de peccato egerit penitẽtiam deleatur aut aboleatur.

Ad decimum quintũ argumentũ in quo dicitur ꝙ talis sententia & canonibus post mortem soluendis, prorsus nullam habet auctoritatẽ scripturæ canonum

aut rationis probabilis sed uidetur sola inertia & negligentia sacerdotum introducta sicut alia multa superstitiosa. Respondetur hoc esse somnium quia nihil allegas. Scriptum autem est, somnia ne cures &c. Item dictam sententiam non tantum fulcitam esse auctoritate celeberrimorum iurecon. sed etiam summo. pon. sacrorum theologorum & canonistarum & auctoritatibus noui & ueteri testamenti, ut supra diffuse retuli in uersi. aggrediamur itaq;. Ita ut nephas et illaudabile sit amplius in cõsultatione deducere, quod diuino & humano iudicio diffinitum est ar. in. c. quoniam in fi. præsbi. & in. c. ult. de co hab. cle. et mul.

Ad decimumsextum argumentum, in quo dicitur ad hoc habemus exempla patrum antiquorum et certe unus Cyprianus uir rigidissimus ecclesiasticarum censurarum & disciplinarum obseruator. Is tamen episcopus. 17. lib. 3. præcepit pacem dandã his qui periculo mortis sunt obnoxij ut ad dominum cum pace ueniant facta confessione sua uel præsbitero uel diacono ut ibidem dicit & datio pacis illa nihil est, quã d quod nunc remissio plenaria uocatur, ut patet intuenti Respondetur quod exempla patrum antiquorũ patent contra te, ut supra retuli maxime in uers. Ego autem aliter sentio. Nec contrarium patet ex hoc ꝙ asseris Cyprianum præcepisse pacem dandam &c. quia hoc exemplum non concludit illam pacem esse plenariam remissionem. Et maxime quia Cypriano datæ nõ fuerunt claues sed Petro iuribus supra allegatis

gatis in uersi. primo & sequen. Item non exemplis sed legibus iudicādū est.l.nemo.C.de sen.& inter.o. iudi.glo.in.c.monomachiam.2.q.5.
not.in.c. de Constantinopolitane in uerbo humilitatis.22.distinctio.qui enim facit peccatum seruus est peccati.Ioan.8. & ad Romanos .6. ubi dicitur stipendia enim peccati mors est & propter trangressores factæ sunt leges ad Gala . 3 .c.nisi cum pridem. paragr. & dices de renun.& .paragr.item cum sallatis.23.q.6.& ratione delicti delinquens sortitur forum illius sub cuius iurisdictione deliquit.c. postulasti & .c.ult.de fo.compe.c.ult.de rap.c. si peccauerit 2.q.1.c.placuit.6.q.3.c.1.3.q.6. autē. qua in prouintia.C.ubi de crimi.agi opor.l.prima.C.ubi sena. uel cla. l.ultima, & .l.si cui paragr.idem si imperator.ff.de accusa. & corpus mariti per homicidium fit principis .ff. de capi. mi.per totum glosa in.c. quos Deus.28. quæstione . 2 . certum est autem quòd iurisdictio papæ extenditur ad uniuersum orbem & omnes nationes mundi subiacent eius iurisdictioni in spiritualibus.c.aliorum.c.cuncta per mundum.9.q. 3. quia dñi est terra & plenitudo eius orbis terrarū & uniuersi qui habitant in eo. psalm .23. & . 88. Gene.14.Hester.13.Exo.13. in principio.c. tua nobis in prin.de deci. & exijt edictum a Cæsare Augusto ut describeretur uniuersus orbis Lucæ . 2. per quæ uerba Bar.in.l. hostes .2. colum. in prin .ff. de capti. dicit q, si quis diceret Imperatorem non esse

dominum totius orbis esset censendus hereticus. Nam per hæc uerba apparet quòd Romanum Imperium dominabatur toti orbi. Aliter edictum huiusmodi à Cæsare Augusto decretum ut describeretur uniuersus orbis Lucæ.2. fuisset delusorium hoc etiam attestatur Iacobus de uoragine in festo omnium sanctorum.2. col. & Ni. de lyra super epistola Pau.1. ad Roma. in uerbo reuelatur qui refert Vegetium de re. mili. Dicentem Romanos quæsiuisse sibi dominium totius orbis non multitudine gentium. aut uiribus corporis sed sapientia consulum & prudentia militari & idē dicit.3. Regum.c.4. in uerbo diuitias qui dicit Romanos Imperatores dominatos fuisse toto orbi, & Esaiæ.c.40. in uerbo fortitudo. Et Augustinus ad hæremitas sermone.37. post mediū. Romani (inquit) principes quantum necesse eis fierat de diuitijs suis tantum recipiebant. Aliud quoq; pauperibus erogabant iustitiam mirabilem conseruabant in cunctis propter quæ & alia multa bona opera quæ faciebant et obseruari uolebant meruerunt Magnifico Imperio sublimari & timeri a cunctis in orbe & Bar. in extraua. ad reprimendum.2. colum. in uerbo totius orbis & Bal. in.l. cunctos populos.2. colum. C. de sum. tri. & fi. ca. Idem tenent, & sicut imperator dominatur toto orbi in tēporalibus sic in spiritualibus summus pon. c. cū ad uerum. c. duo sunt quippe. c. si Imperator. 96. di. & d. c. cuncta per modum. 9. q. 3. cū concor. præallegatis. Immo eo maior & præstantior

est papa quo sol præstantior est luna & aurum plumbo.d.c.duo sunt quippe, Nec est qui se abscondat a calore eius.psalm.28.quia papa potest facere constitutiones & leges quas transgredi non licet adeo q; etiã illius constitutio seu lex & excommunicatio ligabit etiam oculta ut est glo.not. in cle.1. in uerbo dantes de im.eccle. & in cle.1.in uerbo eo ipso incurrat de hæreti.

In eo uero quòd subijcis dicendo concludimus ergo q; canones non nisi uiuentibus, nec ijs nisi sanis & ualentibus imponendi sunt. Immo non nisi pigris & qui sponte sua melius agere nolunt, ego sane libera fronte confiteor atq; protestor me non magnopere curare indulgentias quo ad remissionem pænarum in qua illi sola gloriantur, sed maxime uereor amplector & gratulor in eis quo ad remissionem culpæ &c.

Non aduertis Martine quòd contradicis Hosti. per te allegato uel Host. contradicit tibi quẽ pro tuo fundamẽto adducis in tua conclusione. 26.cuius dicta supra retuli in uers. Aggrediamur itaq;, ubi ĩter alia dicit, quid ergo si papa facit generalem promissionẽ pro præsidio terræ sanctæ & aliquis uere penitens & contritus assummit crucem, credens firmiter sibi omnem satisfactionem temporalem remitti, & sicut meritur credendũ est quòd nec purgatorium sentiat.

Ecce quòd indulgentiæ sunt optimæ ad remissionẽ pænarum. Et tu infelix in hoc & cæcus dicis et protestaris aperta fronte non curare indulgentias quo

ad remissionem pœnarum & contradicis tu Hosti. Expedit ergo ut alium quæras quam Hosti. protectorem qui tua inania argumenta tueatur & cōprobet.

Ad argumentum, in quo dicis ipse stilus papæ idē probat de iniunctis penitentijs, manifestum autem est quod tantum donet quantum sonat, & sic episcopus 40. dies. Card. c. dies de iniunctis penitentijs. Ita papa prorsus plenarie omnes dies de eisdem iniunctis relaxat sed purgatorij penas nulla clauis iniūxit etc.

Plusquàm satis responsum est in uersi. nunc autē & addi potest, quod de iniunctis intelligi potest non tantum per sacerdotem, sed etiam per sacros canones quia indefinita equipollet uniuersali ut est glo. not. in c. ut circa in uerbo aliorum ecclesiasticorum de elec. in. 6. cum concor.

Ad mordacia et irrisoria uerba tua quæ ibi subijcis non expedit respondere, exemplo Christi qui Herodi non respondit nec Pilato Mat. 26. Marci. 14. Ioan. 18. Lucæ. 22. Vnum peculiare non omitto in eo quòd refers uerba psal. 18. uidelicet delicta quis intelligit &c. quæ tu allegas ad terrorem aduertendum quod hæc uerba intelligenda sunt, secundum legem Moysi quæ erant sexcenta, & undecim præcepta secundum Hebræos, ut attestatur Ni. de lyra ibidem super uerbo in custodiēdis illis retributio multa quæ lex Mosayca mutata est in testamento nouo. c. trāslato de cōsti. & sic rigide (ut tu refers) nō sunt accipiēda dicta uerba delicta &c. In testamento nouo in quo

Iesus dicit, Si uis ad uitam ingredi serua mandata hæc sunt. Non homicidium facies: Non adulterabis: Non facies furtum: Non falsum testimonium dices: Honora patrem tuum & matrem: Diliges proximum sicut te ipsum. Mat.19. & Lucæ.18. Et hæc patent in d.c. translato & iuribus & exemplis allegatis supra in uersiculo. Aggrediamur & sequen. unde pauca sunt præcepta comparatione legis Moysi in qua dicitur delicta quis intelligit.

Ad tertium argumentum, in quo dicis. Stilus papæ dicentis per modum suffragij. Oportet enim diuersum esse modum suffragij a modo potestatis & cæt. Respondetur, quòd papæ potestas ad utrunque prædictorum se extendit, ut patet ex his quæ dixi in dicto uersiculo. aggrediamur, & uersiculo nunc autem & uersiculo. Ad comprobationem.

Ad quartum argumentum, in quo dicis & omniũ fortissime Christus non ambiguis sed claris apertis ac rotundis uerbis dicit. Quodcunq; ligaueris super terram & cæt. in quo occupas multum chartæ sine iuribus tamen, liquido patet responsio in dictis uers. proxime allegatis.

Ad aliud arg. in quo dicis si clauis extenditur ad purgatoriũ quid frustra laborant cur nõ tollunt uerba suffragij, cur non persuadent pontifici, ut dicit per modum potestatis & auctoritate potius quam suffragio soluere & ligare. Quippe quodcunque

soluerit (tantum caueat nec sit mortuus) solutū erit. quid nos obtundit uocabulo suffragij, quod nemo intelligit potestatem, si omnes intercessionem, quid amplius facimus rogemus papam ut purgatorium omnino tollat de rerū natura. Si enim claues ecclesiæ etiā quo ad soluendū duntaxat illuc sese extendunt erit in manu eius totum purgatorium. quod probas sic de omnibus in eo existentibus remisionem plenariam secundo omnibus morituris Christianis eandem similiter det remissionem, tunc certum erit ut nullus in eo maneat nullus in ipsum ueniat. Omnes autem euolent & cesset purgatorium, debet autem id facere & subest iustissima causa s. charitatis quæ per omnia & super omnia est ab omnibus quærenda. Nec cautū est q̄ iustitia diuina offendatur a charitate ad quam potius ipsa nos urget, quod cum factum fuerit deponamus totum officium defunctorum satis hodie molestum & neglectum tamen mutemusq; in officia festiua.

Ad prædicta respondetur quòd in arbitrio papæ in suis indulgentijs est ponere & omittere illud uerbum suffragij, ut tenent Goff. Hosti. Io. An. & omnes doc. in. d. c. quod autem de pe. & re. quod approbat ibidem. d. Ab. in. 2. colum. uers. ultra glo. dicens illam esse communem opinionē omnium doc. quòd istæ indulgentiæ prosint pro ut uerba sonant & quo ad Deum & quo ad penitentiam hic iniunctam & pro hoc allegat etiam tex. in. d. c. cū ex eo. eo. tit. subdens secundum esse q̄ ex effusione sanguinis Christi & ex mul-

tis meritis martirum & aliorum sanctorum constituitur thesaurus ecclesiæ, cuius potestatem habet uicarius Christi & aperit & claudit cui uult & quando uult. Nam minima gutta sanguinis Christi sufficiens fuisset ad redimendum totum mundum. Item martires fuerunt hic puniti sine causa, unde eorum merita remanserunt in ecclesia uniuersali, quia nullum malum impunitum & nullum bonum irremuneratum. Ille ergo qui concedit indulgentias intendit communicare illa bona irremunerata compensatione quadam incõparabili, ut copiose dictum est in .d. uers. Aggrediamur & sequen. & dicemus Deo propitio in libello de Thesauro ecclesiæ.

Nec positio uel omissio uerbi. seu uocabuli suffragij facit quòd papa non habeat potestatem indulgentias concedendi quòd arbitrio suo, quia eius potestas est immensa ut supra dictum est in uers. Primum q. papa & sequen. Item nõ probat hoc esse quod ab hoc cõtingit abesse. l. neq; natales & . l. ad probationẽ. 1. & . 2. C de probatio. l. non hoc. C. unde cogna. c. cũ contingit de offi. dele. & quare papa non tollit omnino purgatorium. Plusquàm satis & abunde dictum est supra maxime in uers. ad solutionem huius conclusionis, & ualde miror, cur totiens idem repetas & quæras unde tibi responderi potest illud cæci nati ad Hebræos sæpius interrogantes quis esset, ille qui ei aperuit oculos: Dixi uobis iam & audistis quid iterum uultis audire Io. 9. iterare idem pluries

fastidium parit audienti & legenti. Ad.d.c.cum ex eo de pe. & re. ubi dicitur quòd claues ecclesiæ contẽnuntur, & penitentialis satisfactio eneruatur, & pluries repetis & fundas tua scripta. Respondetur q̃ ille tex. loquitur in inferioribus prælatis qui indiscretas & superfluas indulgentias effundunt & ita d.Ab. ibi supra. not. colligit dicens quòd indulgentia concedenda per prælatum debet esse discreta non superflua aut immoderata, & appellat indiscretã quãdo non ponderata qualitate & quantitate causæ indiscrete conceditur. Debent enim moderate concedi indulgẽtiæ iuxta illud Oratij est modus in rebus etc. Et illud Terentianum. Ne quid nimis, & medium tenuere beati, & media semper gaudebã ludere forma ut est glo. in. c. quærenti in uerbo æquitatis de offi. de le. & in. c. 1. in uerbo modum de offi. custo. & dixi in uers. ad solutionem. Nos autem loquimur de indulgentijs pontificijs non indiscretis aut superfluis, sed moderatis & rationalibus cõcessis per summos pon. Et si bene aduertis. d. c. cum ex eo. facit contra tuas conclusiones quibus asseris indulgentias pontificias non se extendere ad purgatorium, & tex. in dicto c. cum ex eo. infert contrarium ut ibi colligit. d. Ab. 6. not. ponderans ibi uerba uidelicet penitentialis satisfactio eneruatur quòd indulgentiæ prosint ne dum in purgatorio, sed etiam quo ad penitentiam iniunctam in hoc sæculo ut latissime de hoc scripsi in. d. uers. aggrediamur.

Ex præmissis liquido patet soluta esse tua argumenta & irretitas ac sublatas tuas cõclusiones prædictas, iuribus & rationibus inanes & uacuas & sapientes manifestam hæresim insuper non possum nõ ualde admirari, quod præceptoris seu magistri officio functus fueris decies repetendo, docendi sunt Christiani &c. Et pace tua dixerim te magis deceret doceri quam docere iuxta dictum apostoli ad Roma. 2.c. qui alium doces teipsum non & illud Hieronymi, ne sis prius miles quàm tiro. Nec prius magister quam discipulus. c. si clericatus in prin. 16. q. 1. Liquido enim patet ex præmissis tuã doctrinã esse falsam hæreticã et a sacris canonibus diuinoq; ac humano iure reprobatam tendentẽ ad interitũ animarũ et corporum, & ideo Christiani tibi respondent.

Discat Martinus Luter bene sẽtire de fide catholica

Discat Martinus luter ĩ tritico nõ semĩare zizania.

Discat Martinus Luter summa pietate uenerari summos pon.

Discat Martinus Luter tenere & credere illam potestatem summos ponti. habere quam habuit Petrus cui a Christo traditæ sunt claues regni cœlorum, sub quibus est infinitus thesaurus ecclesiæ ad libitum suum dispensabilis.

Discat Martinus Luter non inniti prudentiæ suæ. Prudentiæ enim suæ innititur qui suas opiniones præfert decretis sacrorũ canonũ. c. ne innitaris de cõstitit.

Discat Martinus luter omnimodã facultatẽ cõcẽdi

leges à Deo attributam duntaxat Petro & eius successoribus.

Discat Martinus Luter non tantum sibi arrogare ut quòd contemnat & comburet libros plenos diuinis & humanis auctoritatibus editis à summis pon.

Discat Martinus Luter non ponere scandalum in ecclesia Dei & scindere tunicam inconsutilem de qua Io.19.c.alias scindetur & comburetur.

Discat Martinus Luter non male dicere de summis pontificibus.

Discat Martinus Luter retractare dicta sua scripta tanquàm hæresim manifestam continentia & flere amare nefanda delicta sua ut fecit Petrus post trinã abnegationem, quia sine comparatione grauius peccauit quàm Petrus. Neq; enim credendum est summum pon. & eius executores eẽ propriæ salutis ĩmemores maxime cũ Christus illis dixerit uos estis sal terræ et lux mundi. Mat.5. & omnia corum gesta in benigniorem partẽ accipienda sunt.c.2.de reg.iur. cũ cõcor. ibi allegatis & est glo.faceta in. c. absit.11. q.3. quæ dicit quòd si clericus osculatur mulierem interprætandum est quòd causa benedicendi eam hoc fecerit & multo magis in principe sacerdotum præsumendum est quòd omnia pie et laudabiliter gesserat et gerat. Cum etiam in dubio sit facienda interprætatio ut peccatum euitetur ut tenet Alex.imo .consilio.74. inci piẽte redemptoris nostri inuocato suffragio uiso processu uers.nam in dubio.2.colum . & Io. de Ana.in

c.intelleximus de adulter & .d.Ab.in.c. cum tu in fi: de testa. & glo.in.c.non estimemus.13.q.2. & cũ discipuli dixissent Christo phariseos audito sermone Christi scandalizatos esse. Christus respondit sinite eos, ceci sunt & Duces ceteri. Cæcus autem si cæco ducatum præstet ambo in foueam cadunt Math.15. Mar.7.c.nisi cum pridem. §. sed inter de renun.c. cum sit ars artium de æta. & quali.c. quem penitet de pe.di.1. Et quàm sit graue peccatum scandalizari uel murmurare de summo pon. colligi potest ex his quæ dixi supra in prin.uers.primo quia in dictis & Augu. ad hæremitas sermone.27. papa enim est successor Moysi ut est glo.not.sæpius præallegata in.c. causam.2.in uerbo ad regem in fi.qui fi.sint legit. & dominus iratus propter murmurationem populi de eo misit ignem de cœlo qui consumpsit seu deuorauit extremam partẽ castrorum. Numeri.c.11. Et Petrus epistola.4.hospites inquit sine murmuratione & multo grauior est detractio de uicario Christi qui est papa ut patet ex his quæ dixi in prin.uersi.si dicis.

Nam de necessitate salutis uenerandi & timẽdi sint summi pon.quia ipsis datæ sunt claues Regni cœlorum ut supradictum est uers. aggrediamur itaq; & sequen. & ita etiam instruit Hieronymus ad Rusticum monachum. Nam enim inquit humilitatis meæ atq; mensure est de ministris ecclesiarum sinistrum quippiam dicere habeant illi ordinem suum & gradum.16.quest.1.si clericatus & Tullius in inuectiua

contra Saluſtium ſæpius (inquit) uides grauiter offēn dēre animos auditorum eos qui aliena uitia aperte dixerūt cōtra eos q cōmiſerūt ut refert gl. not. in cle. 1. in uerbo detrahunt in fi. de priu. & Exo. c. 22. Dicitur principi populi non maledices. uenerandi itaq; ſunt ſummi pon. ſiue boni ſint ſiue mali ut ſupra dictum eſt & maxime in præludijs ſiue euidentialibus. Nā & ipſi reddituri ſunt rōnem uillicatiōis ſuæ Lu. 16. c. qualiter et qñ el. 2. circa prin. de accu ut prædictum eſt et unuſquiſq; onus ſuū portabit ad Gal. 6. c. forte. 23. q. 3. & anima quæ peccauerit ipſa morietur. Ezech. 18. 4. Regum. 14. c. 1. colum. ubi dicitur non moriantur patres pro filijs, neq; filij pro parentibus, ſed unuſquiſq; in peccato ſuo moriatur. 2. Paralip. c. 25. 1. colum. Nam dominus reddet unicuiq; ſecūdum opera ſua Mat. 16. & grauius punitur papa quàm cæteri. ut eſt glo. not. in. c. præſul. 2. q. 4. & ſi ſit hæreticus in eo, quod hæreticus eſt, minor eſt quolibet catholico ut eſt glo. not. et ſingularis in. c. acatius cle. 1. 2. glo. 24. q. 1. unde ſummi pon. licet beatiſſimi & ſanctiſſimi appellantur felices dici nō poſſunt in hac fragili uita, iuxta illud Ouidij Metha. lib. 12. ſed ſcilicet ultima ſemper expectāda dies eſt hominis. Diciq; beatus ante obitum nemo ſuprema que funera debet, nam teſte Gregorio omne quod eminet plus meroribus afficitur quam honoribus gaudeat c. nerui teſticulorum tertiadecima diſtinctione, & Virgilio qui AEneæ qui continuum comitem acha-

Gregorius.

tem facit, qui ab acos, quod est cura, seu molestia, eo quod molestia & cura semper reges comitetur. Inquit enim Virgilius. 6. Ene. Virgilius.

Aeneas mœsto defixus lumina uultu.
Ingreditur linquens antrum cæcosq; uoluttat
Euentus animo secum cui fidus Achates
It comes & paribus curis uestigia fixit.

Et. 1. Eneid. Spem uultu simulat præmit altũ corde dolorem. Valerius quoque sub sapienter dictis aut factis refert quendam regem, cum ei traditum esset diadema priusquam capiti illud sibi imponeretur diu consyderasse, ac dixisse, o nobilem magis quam felicem pannum, quem si quis penitus cognoscat, quam multis sollicitudinibus, & periculis & miserijs refertus sit ne humi quidem iacentem tollere uelit, apud etiam Plutarchum de educandis liberis legimus Socratem Gorgiæ interroganti an Persarum Regem felicem arbitraretur. Nescio (inquit) quantum habeat uirtutis & disciplinæ proinde est hisce non in fortune bonis persistat beatitudo, ideo Martine grauiter, & intime doleas, & lugeas te enormiter deliquisse in scribendo dictas tuas hæreticas, & iniquissimas conclusiones, & memineris Augustinum, qui scripsit libellum retractationum suorum scriptorum. Magnæ enim sapientiæ est hominem reuocare, quod male locutus est. c. magnæ. 22. q. 4. & c. qualiter & quãdo el. 2. de accu. & noli esse incredulus sed fidelis

Valerius.

Plutarchus.

Ioan.20. Nam si in tua improba & execrabili & hæretica sententia permanseris quòd absit imputabitur tibi quod Christus prophetauit dicens, Surgent pseudo Christi & pseudo prophetæ, unde nolite eis credere Mat.24. & Pau.2.ad Thimotheum.4. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus & a ueritate quidem auditum aduertent & imbues adolescentes & alios tuos discipulos hoc falso pernicioso iniquo & detestabili dogmate tuo quod perpetuo durabit in eorum mentibus iuxta illud Horatij. quo semel imbuta recens seruabit odorē testa diu & Vir. in Geor. adeo in teneris assuescere multum est, & de facili orietur scisma cuius auctor utinam non sis uel hæreticæ sectæ. Ad quod istud tuum clima inclinare facit ibidem incolas ut patet re ipsa tempore enim Clementis.5. papæ in concilio Vienēsi quædam abhominabilis secta hominum malignorum qui Beguardi & quarundam infidelium mulierū quæ beguinæ appellantur tanquam hæretica damnata & reprobata fuit Cle ad nostrum de hæreti.

Quæ secta a te auctore luthera appellatur, sicut Macometana a Macometo dicta fuit & est quæ innumeras animas traxit & in dies trahit ad Tartara & stigias paludes ubi fletus ineffabilis & stridor dentium Mat.8.13. & .22. & si concilium non congregabitur tua tempestate te uita functo forte concilium fiet in quo proculdubio tu cum tuis scriptis de

hæresi damnaberis & cremaberis sicut Ioachini opera post eius mortem reprobata fueru..t.c.damnamus de sum.tri. & fi.cath.& huiusmodi tuorum operum reprobatio addetur ad alia opera reprobáta.c. quidam sunt.24 q.3.& factum fuisse constat pluries ex supra per me allegatis in uersi. nunc autem, nam & de iure ciuili legimus damnari posse memoriam defuncti ueluti crimine perduellionis. §. per contrarium instituta de heredi.quæ ab intesta. defe. & ibi glo.in uerbo perduellionis & in uerbo damnata quæ declarant quod dicatur hoc crimen.

Nec mirum uidebitur, nam(ut inquit Hieronymus) uectores scrutans historias inuenire non possum aliquos alios scidisse ecclesiam Dei & de domo domini populo seduxisse præter eos, qui sacerdotes à Deo positi fuerunt & prophetæ, idest speculatores isti uertuntur in laqueum tortuosum in omnibus locis ponentes scandalum.c.transferunt.24.q.3. Ve autē mundo a scandalis(inquit Christus).Necesse est ut ueniant scandala,sed ue homini illi per quem scandalum uenit expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundum maris Math. 18. Lucæ.17.c.nisi cum pridem.§. pro graui de renun. c.cum ex iniuncto de no.ope.nuc.c.qui scandalizauerit de re.iu.Nec prodrit penitentia quia accensum per te ignem non poteris extinguere,Arius in Alexādria una scintilla fuit sed quoniam statim non oppressus est per totum orbem eius flamma populata est.c.

resecandæ.24 q.3.principijs obsta sero medicina paratur, Cum mala per longas inualuere moras. Inquit Ouidius glo.ult.in c.ad hæc de rescriptis. Et qui in uno peccat factus est omnium reus.c.defleat de regu. iur.c.fratres de pe.di.5.noli igitur esse nimis sapiēs, nec nimis iustus quia iustus aliquando perit in sua iustitia ecclesia.7.de pe.di.1.serpens in fi. paragr. de his.2.q.7.c.nisi cum pridem paragr.propter autem de renun. Et noli inniti prudentiæ tuæ ne sis sapiens apud te ipsum inquit Salomon in prouerbijs suis, quæ uerba exponens Hieronymus dicit, prudentiæ suæ innititur qui ea quæ sibi agenda uel dicenda uidentur, patrie decretis præponit.c.ne innitaris de consti. & uix credere possum ut sentias quæ scribis, quia a sacris canonibus instinctu spiritus sancti cōditis reprobata fuit & omnino damnata tanquàm hæretica ut colligi liquido potest ex præmissis sed arbitror te hæc scripsisse ut plus alijs sapere uidearis, et spe dulcedine gloriæ. Nam pulchrum est digito monstrari & dicier hic est inquit Persius et uocari Rabbi magister & salutari in foro ut faciebant scribæ & pharisei Mat.23.ad hæc professioni tuæ non cōueniunt sed decet te Christum imitari qui humilitatē dilexit & simplicitatem & dixit non ueni ministrari sed ministrare Mat.20.& deposuit superbos & exaltauit humiles Lucæ.12.unde non elegit philosophos nec iureconsultos in discipulos sed indoctos sciēs quòd scientia inflat.1.ad Corin.8.ecclesia. c.1. in fi.

d.c.nisi

d.c.nisi cum pridem.§.Tu enim inquit de renun. & scriptum est perdam sapientiam sapientum & prudentiam prudentum reprobabo ubi sapiens ubi scriba ubi inquisitor huius sæculi. Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi.1. ad Corin.1. & sapientia huius sœculi stultitia est apud Deum. 1. ad Corin.3.& Christus dixit discipulis suis nisi abundauerit iustitia uestra plusquã scribarũ & pharisæorum non intrabitis & memineris uerbi Petri apostoli qui uult (inquit) uitam diligere, & dies suos uidere bonos, linguam suam a malo coerceat & labia eius ne dolum loquuntur inquirat pacem & sequatur eam.quia oculi domini super iustos & aures eius in preces eorum. Vultus autem eius super facientes mala psal.33.&.1.Petri c.3. Multa alia ad rem facientia (Deo propitio) retulero in libello de Thesauro ecclesiæ quem scribere decreui.



Finis de Pontifitia potestate.
Laus Deo.

AD SANCTISSIMVM DOMINVM NOSTRVM CLEMENTEM VII. PON. MAX.

PETRI ALBINIANI TRETIJ iuris utriusq; doc. de Thesauro ecclesiæ præfatio fœliciter incipit.



SINCERA ET ineffabilis fides ac summa pietas in te mea sanctißime pater me tuo celsißimo Pontificatui iampridem adeo deuinxere, ut cũ tui nominis decus & gloriam quicquàm attingere perspexerim mihi non tabescere modo sed deficere quoq; uiderer. Ni & certe meis exiguis uiribus pari torace, clypeoq; si non fatalibus armis in pancratium ad decertandum uiriliter cum eius hoste descenderem, ea de causa cum lectitauerim quædam fratris Martini Luteri Germani copiosa quidem et ingeniosa sed impijßima & mordacißima scripta, Quibus potestatem tuæ sanctitati sanctæq; sedi apostolice diuinã à Deo optimo Maximo traditam summis conatur adimere uiribus. Abstinere non potui accedentibus insuper dilectißimi filij mei ac tuæ sanctitatis deuotißimi Ioãnis Baptistæ exhortationibus,

q̃ mira quadã pietate, ĩcredibili fide, eximia obseruã tia beatitudinẽ tuam colit et ueneratur, quin maxime decus, summãq; t.s. p̃cellẽtiã sanctæq; sedis gloriã et honorẽ meis scriptis, tenuißimi ingenij mei doctrinæq; et si nõ grauibus saltem prõptißimo animo defenderim. Scripsi paulo ante de amplißima tua põtifitia potestate à Deo opt. *max. tuæ.s. et successoribus tuis ad cõmune* Christianæ Reip. *emolumẽtũ salu berrimũq; p̃sidiũ demãdata.* Errores *lutheri pniciosissimos diuinis literis detexi et dispsi. uerũ q̃a inualidis armis ipsum ferocißimũ fieri uideo, & solũ pugnãtẽ fortißimos et strenuißimos ecclesiæ* Dei *duces inutilibus armis superare, ecclesiæ* Dei *thesaurũ p̃ciosißimũ depopulari et anihillari conãtẽ, ipsi iniquißime p̃liãti assumẽs arma et scutũ fidei catholicæ diuinis armis occurrere forti aĩo decreui.* Ipsũq; *in duello acutißimis telis decertãtẽ superare, diuino p̃sidio, enixus sum, et ni fallor thesaurũ ipsũ, mea sententia, illesum et intactũ ĩuiolatũq; seruaui ac legitimo titulo iustoq; ab ecclesia uetustißimis tẽporibus possessũ fuisse osten di: ad illãq; eiusdẽ dispẽsationẽ ac distributionẽ diuino iure spectare aptißime demõstraui.* Verũ q̃a *optimo militi cõuenit spolia hostis ac tropheũ ĩperatori suo primũ deferre, pari mõ meũ eẽ uisum est, has celucubratiões laboresq; meos quãtuloscũq; ĩ hoc certa tamĩe libẽtißime susceptos diuinitati tuæ dicare eiusq; grauißime cẽsuræ subijceræ, quos ueluti munusculũ hilari ac serena frõte oblatos. t.s. excipere dignetur ue-*

luti antiquorũ dij cerimonias, qbus (ut Plato attestatur) gratißime erãt q̃ hilari et iucũdo aĩo exhibebantur. Nã dñs noster (teste Hiero.) nõ sacrificiorũ magnitudinẽ, sed offerẽtiũ merita et uolũtatẽ respicit, unde illud Oui. Iupiter ut cẽtũ thaurorũ sãguine fuso, sic capitur minimi thuris amore deus: et magis tenuia (teste Plat.) lacedemoniorũ sacrificia Iupiter quam reliquorũ Græcorũ sũptuosißima suscipiebat. Respexitq; Deus ad Abel et ad eius munera ut pote pia mẽte oblata, Post hac si qd cõtigerit q̃ meis ĩgenioli uiribus poßẽ efficere, q̃ usui, honoriq; ac gloriæ t. beatitu. ac san. se. xp̃ianæq; Reip. eẽ posset soluere et tueri curabo. Mõ hos meos labores et uigilias. t. s. Gratas. eẽ ꝑspexero, id prius tuo noĩe illustratũ à me cõpositũ ĩ lucẽ exeat quã Deus op. ma. diu fælicißime seruet ĩcolumẽ cui me ꝑno ore cõmẽdo. Venetijs ex Gymnasiolo meo literario idibus. Nouẽ. MDXXVI.

Cõclusiones fratris Martini Luteri hæ sũt uidelicet:

56 Thesauri ecclesiæ unde papa dat ĩdulgẽtias neq; satis noti sũt neq; cogniti apud populum Christi.

57 Temporales certe non esse patet quòd nõ facile eos profundunt sed tantummodo colligunt multi concinatorum satis patet experientia.

18 Nec sunt merita Xp̃i & sanctorũ, q̃a hæc semper sine papa operantur gratiam hominis interioris, & crucem mortem infernumq; exterioris.

Quas frater Martinus ita ueras esse affirmat ut

contrarium tenentes hereticos esse iudicet, dicens se audatiorem fieri uelle, protestando non dubitare quòd nulla sint merita sanctorum, quæ otiosis succurrant, & consequenter thesaurum in ecclesia Dei non esse, & paratum dicit se ignem & mortem suscepturum, cum dixerit contrariam sententiam tenentes tam theologos quàm canonistas nuda narrasse, nec illam rationibus, nec patrum auctoritatibus comprobasse.

Cuius contrarium ego teneo & dico Martinum *grauiter errare & pessime de Christiana fide sentire & manifestum hæreticum esse tenẽdum si in hanc sententiam pertinaciter perseuerauerit, & ad probandum dictas conclusiones suas esse iniquas impias & falsas & hæreticas has ego propono pro ueris.*

1 Quòd *in ecclesia* Dei *sunt merita* Christi *& sanctorum.*

2 Quòd *ex dictis meritis quæ superabundant constituitur thesaurus in ecclesia* Dei, *unde papa dat indulgentias, qui satis notus, immo notissimus est & cognitus apud populum* Christianum, *& maxime apud eos qui recte de fide catholica sentiunt, tam ueteri quã nouo testamento.*

3 Quòd *ad papam spectat huiusmodi thesauri dispensatio, ac distributio.*



IVINI NVMINIS ac beatißime uirginis Mariæ, ac beati Petri Apoſtoli de cuius theſauro agitur inuocato p̃ſidio. Quo ad primum dico, & pro explorato teneo merita Chriſti & ſanctorum abundatiſsima & copioſiſsima & conſequenter theſaurum eſſe in eccleſia Dei, quòd diuinis rationibus, eccleſiaſticis auctoritatibus, & euangelicis exemplis demonſtrabitur. In his autem explicandis ut ſequar ordinem fratris Martini, dico primo probari rationibus merita ſanctorum in eccleſia Dei eſſe & adduco illud euangelicum Lucæ.16.ubi uillicus ille laudatur quòd prudenter egiſſet remittendo eis partem debiti ut quando amotus fuiſſet à uillicatione reciperetur in domos ſuas & in æterna tabernacula. Nam illa uerba in domos ſuas exponuntur a Ny.de lyra per eorum merita recipiar in uita beata & infra ibi recipiant uos in æterna tabernacula. i. per ſua merita & ſuffragia impetrent apud Deum uos finaliter recipi in uita beata & idem dicit Lodulphus Cartuſien. in meditationibus Chriſti qui exponit recipiant me in domos ſuas. i. per eorum merita & ſuffragia recipiar in uita beata, ne cogar fodere aut mendicare fruſtra in domos pluralitatẽ demonſtrat propter diuerſitatẽ præmiorũ, quia ibi mãſiones multæ ſunt Io.14. & ſubdit. Nota quòd manſiones cœleſtes ſunt pauperũ quia illis date ſunt pauperũ.m.

Rationes theſaurum eſſe in eccleſia Dei.

Regnum cœlorum pauperum eſt.

ſpiritu regnũ eſt cœlorum. Ego ad hoc allego Mat. 6.c.*ibi beati pauperes ſpiritu quoniã ipſorum eſt regnum cœlorum &* Luc. 6.c.*beati pauperes quoniã ueſtrum eſt regnum* Dei,*& ibi ſubditur gaudete & exultate quoniã merces ueſtra copioſa eſt in cœlis, unde ſi diuites illud habere uolunt oportet ut illud emant à pauperibus, diuites.n.habent domos in terra pauperes in cœlo, libenter ergo diuites recipiãt pauperes in domos ſuas.i.in terra, ut à pauperibus recipiantur in cœlo, unde* Auguſtinus *præbe terram & accipe cœlum & infra.5.colum.in ſi.uerſi.deinde quaſi à minore infert concludendo ad propoſitum & ego dico uobis.i.ad ueſtram utilitatem*. Amicos *facite de mamona iniquitatis.ſ. tẽporalibus diuitijs ſed non eo modo, quo fecit uillicus iniquitatis defraudando aliena ſed largiendo ueſtra, ut cum deffeceritis meritis proprijs in pſenti uita, recipiant uos in æterna tabernacula, ppter ſua merita et ſuffragia ĩpetrẽt apud* Deũ *uos finaliter recipi in uita beata ad hoc tabernacula propheta ait quam dilecta tabernacula omiſit allegare pſalm. 83. quaſi diceret dominus ſi prouedens laudamur etiã ex doloſe per eum geſto multo magis laudandi eritis ſi ſine dolo, & legitime uobis prouideritis ubi* Grego. Si *nos eo.ſ. pauperum amicitijs æterna tabernacula acquirimus penſare debemus quòd patronis offerimus munera, quòd cum egenis bona largimur ad cõprobationem præmiſſorũ adduci poteſt q* Xp̃s *adeo paupertatẽ dilexit, ut nõ*

esset ei locus in diuersorio ideo natus est in præsepio Lucæ .2. & dixit uulpes foueas habent et uolucres cœli nidos filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet Lucæ.9. & Mat .8. dixit, Regnum meum non est de hoc mundo Io.20. Ecce quòd regnũ cœlorum est pauperum, quorum præsidio egent diuites apud Deum, adeo quòd facilius est camellum per foramen acus transire quàm diuitem intrare regnum cœlorum Mat.19. & in glo in. c. si quis uirorum.30. di. & ideo diues sepultus est in inferno & rogabat Abraam ut mitteret Lazarum pauperrimum & Egenum ad eum ut extremum digiti sui aqua tinctum refrigeraret linguam eius, cui respondit Abraam fili recordare quia recipisti bona in uita tua Lazarus autem similiter mala Lucæ decimosexto c. cauendum & . c, sequenti de penitentijs distinctione tertia . Et pacientia pauperis non peribit in finem psalmo nono, ex præmissis constat esse merita pauperum , multo magis merita sanctorum , & præcipue martyrum, qui ineffabiles cruciatus & tormenta pro Deo passi sunt teste Apostolo ad Hæbreos undecimo .c. sancti (inquit) per fidem uicerunt regna operati sunt iustitiam, & infra alij ludibria, & uerbera experti sunt. Insuper uincula & carcere lapidati sunt, secti sunt tentati sunt in occisione gladij mortui sunt circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis egentes angustiati afflicti, quibus dignus non

erat mundus in solitudinibus errantes in mõtibus in speluncis et in cauernis terræ & reliqua, sunt.n.merita innocẽtũ quos enumerat Io. Apo.7.& subdit post hæc uidi turbam magnam quã dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus & tribubus & populis et linguis &c.Et merita confeßorum & uirginum, & præcipue beatißimæ uirginis Mariæ quæ innumerabilia dici poßunt, quorum sanctorum & beatorum merita ipsis superabundant & Christus in parabolis & figuratiue demonstrauit in euangelio de seruo qui quinq; talenta acceperat et alia quinq; superlucratus fuerat, & de alio seruo qui duo talenta accẽperat alia duo superlucratus fuerat, & utriq; ipsorum dictum est, euge serue bone & fidelis quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam intra in gaudium domini tui Mat.25. & ibi in fi. dicitur tollite itaq; ab eo talentum & date illi qui habet. 10. talenta, omni.n.habenti dabitur & abundabit quæ uerba Ny.de lyra super uerbo habenti exponit dicẽs quia illi qui reperitur in gratia dabitur gloria & abundabit, & de alio seruo qui de una mna decem mnas superlucratus est meruit audire euge bone serue quia in modico fuisti fidelis eris potestatem habens super.10.ciuitates,& alius qui de una mna quinquẽ mnas superlucratus est meruit audire esto & tu super quinque ciuitates Lucæ.19. Et Christus discipulis uos qui reliquistis omnia & sequuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maie-

statis suæ sedebitis et uos iudicantes duodecim tribus Israel et omnis qui reliquerit domum uel fratres aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum centuplum accipiet et uitam æternam possidebit Mat. 19. ex quibus liquido patet & colligitur quòd sancti non tantum ex meritis suis consequuntur uitam æternam, sed ex benignitate diuina superabundant, quod etiam patet re ipsa. Nam si ex sola contritione homo quantumcunq; peccator gratiam consequitur & saluatur ut patet exemplo publicani qui in templo flexis genibus nec oculos leuabat, & pectus suum percutiebat dicens Deus propitius esto mihi peccatori & propter hoc iustificatus est Lucæ. 18. c. importuna de pe. di. 1. & latronis qui in extremo uitæ suæ meruit audire hodie mecum eris in paradiso Lucæ. 23. ut supra enim relatum est, patet ex uerbis propheticis dixi (inquit) confitebor aduersum me iniustitiam meam domino et tu remisisti impietatem peccati mei psal. 31. c. dixi de pe. di. 1. & in quacunque hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum eius non recordabor Ezechielis 18. c. põderet. 50. di. c. si præsbiter. 26. q. 6. de pe. di. 7. ante fi. c. si aliquis. 25. q. 6. Et alibi si conuersus ingemueris tunc saluus eris. 26. q. 6. c. is qui & ibi datur ei misericordia. 50. di. quia in fi. & nulli claudenda est misericordia. 23. q. 4. c. duo ista nomina ad idem. 42. di. c. quiescamus incipit. n. esse quod non fuit 50. di. ferrum ad idem de pe. di. 1. c. quantũlibet et. c.

quamobrem. Nec ecclesia claudit gremiũ redeunti. C. de sum. tri. & fi. ca. epistola iter claras. C. de hære. l. manicheos. c super eo de hæreti. li. 6. & scriptum est cor cõtritũ et humiliatũ Deus nõ despicies psal. 50. c. sacrificiũ de pe. di. 1. et. 10. leprosi dũ irẽt ad ostendẽdum se sacerdotibus ex p̃cepto Dominico antequã peruenerint ad ipsum sacerdotes mandati sunt Lucæ. 6. & .d. c. ponderet si ergo sola contritio soluit homines ergo illorum merita superabundant.

Insuper si obseruatio mãdatorũ dat uitã æternã dicẽte dño si uis ad uitã ĩgredi serua mãdata Mat. 19. & .22. et Lu. 10. & .c. debet. 23. q. 4. sic etiam habet Deut. 26. cẽ. fi. ibi dicitur hodie dñs Deus tuus p̃cepit tibi ut facias mãdata hæc atq; iuditia ut custodias et ĩpleas ex toto corde tuo et ex tota anima tua dñm elegisti hodie, ut sit tibi Deus et ambules in uijs eius et custodias cerimonias illius & mãdata, atq; iuditia et obedias eius imperio en dñs elegit te hodie ut sis eius populus peculiaris, sic loquutus est tibi, ut custodias omnia præcepta illius & faciat te excellentiorem cunctis gentibus quas creauit in laudem, & nomen & gloriam suam ut sis populus sanctus dñi Dei tui sic loquutus est ecce quãta pollicitus est Deus custodiẽtibus mãdata sua, et ĩ custodiẽdis illis retributio multa p̃s. 18. & ibi Ni. de ly. dicit. s. beatitudo futura, et beatos appellat Christus qui audiũt uerbum Dei & custodiunt illud Lucæ. 11. si ergo ex sola obseruatione mãdatorum quod facillime dictũ est ac-

quiritur uita æterna, nonne superabundant merita ipsorum hominis & maxime sanctorum, qui pie & religiose semper uixerunt, & maxime illorum qui paßi sunt crudelißima tormenta ut supra relatum est. Præcipue autem beatissime uirginis Mariæ dei genitricis & Io. Baptistæ, de quo Christus dixit Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te Mat. 11. & Lucæ. 7. qui in utero matris sanctificatus est sicut etiã dicitur de Esaia propheta & innumeris alijs quos recensui in tractatu de pontifitia potestate in uersi. ad comprobationem, & qui parce seminat parce & metet. 2. ad Corin. 9. cum ex eo de pe. & re. Ergo qui multum seminat multum & metet a contrario sensu quod ualidum est. c. cum apostolica de his quæ fi. a præla. cum concor. Accedit ad premissa quòd si merita sanctorum non essent in thesauro ecclesiæ frustra dictum esset beate uirgini Mariæ in annunciatione aue gratia plena Lucæ. 1. Plenitudo ergo illa gratiæ esset inanis, & superflua si supplicantibus prodesse non posit. Quod asserere fatuum est, quia Deus & natura nihil agunt frustra iux. not. in. c. 2. de proba. & cœlum & terra transibunt uerba autẽ mea nõ pteribũt Lu. 21, Mat. 24. et q̃ de labijs meis procedunt nõ faciã irrita psal. 88, & iota aut unus apex non pteribit a lege donec omnia fiant Mat. 5.

Ex præmisis patet ratione merita sanctorum in ecclesia Dei esse qui succurrunt ociosis, ex quibus

constituitur thesaurus in ecclesia Dei qđ etiā auctoritatibus ecclesiasticis facillime ostendi potest.

Et primo adducitur de meritis beatæ uirginis, quod in oratione quottidiana habetur, p̄cibus & meritis beatæ Mariæ semper uirginis & omnium sanctorum perducat nos ad regna cœlorum.

Item oratione missæ generalis pro defunctis, sumpta quæsumus domine sacramenta cœlestia omnia crimina nostra detergant, omnemq; prauitatem & infirmitatem seu hosticam rabiem atq; subitaneam mortem meritis beatæ semper uirginis & omnium sanctorum &c.

Item ex oratione apostolorum, omnes sancti tui q̄sumus dñe &c. ut dum eorum merita recolimus patrocinia sentiamus.

Item ex oratione sanctorum Iac. & Philip. apostolorum Deus qui annua apostolorum tuorum Phi. & Iaco solemnitate letificas præsta quæsumus ut quorū gaudemus meritis &c.

Item muneribus nostris domine apostolorum tuorum. N. & Phi. festa præcedimus te suppliciter deprecantes ut qui conscientiæ nostræ præpediuntur illorum meritis grata reddantur.

Item in oratione secreta beati Andreæ apostoli, sacrificium nostrū tibi quæsumus domine beati Andreæ apostoli &c. eius meritis efficiatur acceptum.

Item Deus qui nos beati Barnabe apostoli tui meritis & intercessione letificas.

Item ex orationibus beatorũ martirum ſancti Gordiani & Epima. hoſtias tibi domine beatorum martirum. G. & Epi. dicatas meritis benignus aſſume, & ad perpetuum nobis tribue uenire ſubſidium.

Item in feſto ſanctorum martirum Marcellini Petri & Eraſmi. Deus qui nos annua beatorum martirum tuorum Marcel. & Pe. & Eraſ. ſolemnitate lætificas præſta quæſumus ut quorum gaudemus meritis.

Item in oratione ſecreta beati Laurẽtij, accipe domine quæſumus munera dignanter oblata & beati Laurentij ſuffragantibus meritis ad noſtræ ſalutis auxilium peruenire concedas.

Item in feſto confeſſorum beati Nicolai, Deus qui beatum Nicolaum Pon. tuũ innumeris decoraſti miraculis tribue quæſumus ut eius meritis & precibus a gehenæ incendijs liberemur.

In oratione beati Antonij confeßoris diuinis muneribus ſaciati quæſumus ut beati Anto. confeßoris tui meritis glorioſis ſalutaris uictimæ deſideratũ ſentiamus effectum.

Item in natali unius confeſſoris, Sancti tui nos domine quæſumus ubiq; lætificent qui ut eorum merita recolimus patrocinia ſentiamus.

Exaudi quæſumus domine preces noſtras quas in in beati Nicolai confeſſoris tui atq; Pon. ſolemnitate deferimus ut qui tibi digne meruit famulari eius intercedẽtibus meritis ab omnibus nos abſolue peccatis.

In festo beatarũ uirginum. Indulgentiã nobis quæsumus domine beata. N. uirgo & martir impleret ut quæ tibi grata semper extitit et merito castitatis.

Accepta sit domine tibi secreta plebis oratio pro tuarum honore sanctarum quarum si meritis percessisse &c. de tribulatione cognoscat auctoritatẽ. Deus qui dedisti legem Moysi in sumitate montis Sinai & in eodem loco per sanctos angelos tuos corpus beatæ Catherinæ uirginis & martiris mirabiliter colocasti tribue quæsumus ut eius meritis & intercessione ad montem qui Christus est perue. con.

Ad hic addi possunt quod notabiliter tradunt Archi. & præposi. in. c. sacrosancta. 22. di. qui dicunt quòd quinq; modis consequimur auxilia a sanctis. Primo modo per orationum suffragia ut in lib. Macha. dicitur de Hieremia, hic est qui multum orat pro populo, & sancta ciuitate Hierusalem. Secundo modo per sua merita, unde cantat ecclesia in festo omniũ sanctorum adiuuent nos merita quos propria impediunt scelera. Tertio per exempla, unde Iacobi. 2. c. exemplum accipite fratres mei obedientiæ: Quarto per doctrinã unde in illo psalmo leuaui oculos meos in montes exponit glo. 1. ad sanctos unde ueniet auxilium mihi dicit glo. de scripturis illorum in hac uita auxilium habemus. Quinto per fructum quem fecerunt in ecclesia qui adhuc apparet per quem firmatur fides in nobis & aliæ uirtutes.

Ex præmissis & alijs multis similibus auctoritatibus

tatibus quæ breuitatis causa omittuntur cõstat merita beatæ uirginis, apostolorum, martirum, confessorum, ac uirginum & omnium sanctorum qui innumerabiles sunt in ecclesia Dei esse ex quibus thesaurus in ecclesia Dei constituitur, quod ex uerbis et parabolis Christi apertissime ostenditur.

Et primo adducitur illud euangelicum: Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra ubi erugo & tinea demolitur ubi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate uobis thesauros in cœlo &c. Mat. 2. Lucæ. 12. & alibi si uis esse perfectus uade & uende omnia quæ habes & da pauperibus & habebis thesaurum in cœlo & ueni & sequere me Mat. 19. & alibi uendite quæ possidetis & date elimosinam facite uobis saculos qui non ueterascunt thesaurum nõ deficientẽ in cœlis, cui fur non appropiat Lucæ. 12. Et alibi simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro quem qui inuenit homo abscõdit, & pre gaudio illius uadit & uendit omnia quæ habet & emit agrum illum & similis patri familias qui profert de thesauro suo noua & uetera Math. 13. quia infinitus est thesaurus hominibus, quo qui usi sunt participes facti sunt amicitiæ Dei propter disciplinæ dona comẽdati sapientiæ. 7. & multæ filiæ Sion congregauerunt diuitias & tu superegressa es uniuersas Sapientiæ. 8. Ecce quòd merita hominum recondũtur in thesauro seu faciũt thesaurum, quo Ro. ponti. dat indulgentias, et sic comprobata est sentẽtia

ſacrorum theologorum ac canoniſtarum omnium, ita tenentium quos cumulatiſſime retuli ſupra in præcedenti tractatu de pontifitia poteſtate.

Reſtat modo reſpondere argumentis fratris Martini, licet ex præmiſſis ſatis clara pateat reſponſio, quo ad primum igitur in quo dicitur, non ſunt indulgentiæ, quia non ſunt gratuitæ remiſſiones, ſed alienæ ſatisfactiones applicationes. ſ.q. nihil efficit uirtute. Clauium niſi translatio quædam operum, nihil autẽ ſoluitur quod eſt contra uerbum Chriſti, Quodcunq; ſolueris ſuper terram &c. Nihil ad hoc allegat, ego pro eo allego quod gratis accepiſtis gratis date Mat. 10. & c. in tantum de ſimo. & quòd indulgentiæ debent eſſe gratuitæ tenet Bal. in. c. niſi. ſpiritualis. 1. not. de offi. lega. & pro hoc ar. c. 1. de donat. Reſpondetur quòd indulgẽtiæ poſſunt dici gratuitæ ratione magnitudinis ſui ipſius quia nullo pretio numario comparari poßunt ar. l. 1. §. eſt quædam. ff. de uar. & extra. cogni. & glo. in. c. de multa in uerbo ſublimis in fi. de præben. & omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua, & tanquàm lutum extimabitur ab omnibus illius ꝑ comparatione Sapiẽtiæ. 7. & beatius eſt dare quàm accipere Actuum 20. & c. prædicator. 16. queſtione. 1. & c. cum marte prima colum. de celeb. miſſa. unde licet detur aliquid temporale pro ipſis indulgentijs conſequendis per hoc dici non poſſunt indulgentiæ non gratuitæ quia ſpiritualia ſine temporalibus diu eſſe non poſ-

sunt.1.q.3.c.si quis obiecerit, & non est incōueniens ut qui seminat spiritualia metat temporalia. c. fœlicis de censi.lib.6.c.cum ex offitij de prescrip. Nam & Christus oblationes & duo minuta oblata a paupere uidua non spreuit Mat.12.& Lucæ.22.c.ligāt 37.distin.de pe.di.5.c.1.& Deus dixit Moysi. Non apparebis in conspectu meo uacuis manibus Exod. 23. Deutero.16.Ecclesiast.25. & .c. omnis Christianus de consecratio.distin.1.& Hosti.in summa de paro.§.in quibus sub.§.hic tamen.2.colum.uers.tu dicas. Nec hæc oblatio hominis facit ut p hoc indulgētiæ non dicantur gratuitæ remissionis. nec refert utrum per merita propria an per merita aliorū remittantur penæ penitentiales ex huiusmodi indulgētijs iuxta illud Iuuenalis unde habeas querit nemo sed oportet habere et ut dicit Hosti.in sum.de remis. §.ad qui ualcant uers.tu teneas,q; licet sint applicationes aliene satisfactionis tamē cū ecclesia habeat facultatē dispēsandi ipsas possūt dici gratuitæ cuicūq; applicētur,cū donatio ēt de re aliena dicatur donatio et ualeat. §.nō solū insti.de l.g.l.ab oībus.§.ēt.ff. de le.i.et tamē donatio dicitur gratuita. & cōgrue dicimus papā soluere cū liberat penitētē à pena iux.illud soluite eū et sinite abire.Io.11.et.c.a nobis.2. de sen. exco.et sic potestate clauis sibi a Deo traditæ,alias potestas ipsa inanis esset & nimis restringeretur qđ esset cōtra naturā priuilegij quod latissime est interpretandū.l.fi.C.de consti.prin.c.cū dilecti de donat.

l.hac saluberrima.C.de agen.in rebus.c.ex parte de deci.c.uisis.16.q.2.& q.1. frater noster.c. olim de uer.signi.c.quia.circa de priuil.§. notandum in fi.2. q.3.c.quãuis de præben.in.6. q, ẽt ꝓbatur ex uerbis euangelij,cum amotus fuero recipiant me in domos suas,& recipiant uos in æterna tabernacula Lucæ 16.exposita & supra uers.Diuini numinis,nec Cana nea exaudiebatur a Christo nisi postquàm eius discipuli rogauerunt eum dicẽtes dimitte eam quia clamat post nos Math. 15.·Nam & Moyses liberauit hæbræum ab Aegyptio oppreßum Exo.2.&.c. non inferenda.23.q.1.& hæc omnia contingebant in figura.1.ad Corint.10. Papa.n.est successor Moysi ut dicit gl.no.et singularis in.c.causam qui fi.sunt legi. & not.in.c.translato de consti.cum concor. pluries allegatis in tractatu de põtifitia potestate maxime in uers.præmitto etiam quòd potestas & super cathedram Moysi &c.quæ cathedra est Petri Math.24. unde ecclesia celebrat festum cathedræ .s. Petri. Papa ergo liberat hebræũ peccatorem conuersum per indulgentias ab Aegiptio.i.diabolo, nam Aegiptios Deus odio habuit & interfecit eorum exercitum,& ipsis fugientibus occurrerunt aquæ & inuoluit eos dominus in medijs fluctibus Exo.14. Stãt ergo simul quòd indulgentiæ dicantur gratuite & quod sint ex meritis alienis quæ supplicantibus conceduntur.

Ad id quod dicit frater Martinus quòd tunc idem per claues agitur quod de facto fit,quia si sunt opera

sanctorum in ecclesia isto modo certe per spiritū sanctum non permittitur otiosa iacere, sed de facto succurrūt quibus possūt ad hoc nihil allegat ideo respōsionem non mereretur tamen respondetur quòd spiritus sanctus non patitur opera iacere si rogatus fuerit aliter otiosis & desidibus non impertit gratias ut ipse attestatur, usque modo non petijstis quicquam petite & dabitur uobis, querite & inuenietis pulsate & aperietur uobis &c. Lucæ. 11. Operatur ergo spiritus sanctus in perfectis tantum quia continue orant memores illius psalmistæ à solis ortu usq; ad occasum laudabile nomen domini psal. 112. & à custodia matutina usq; ad noctem speret Israel in domino psal. 129. Et benedicam dominum in omni tempore sēper laus eius erit in ore meo psal. 33. et iuxta illud uigilate itaq; omni tempore orantes ut digni habeamini fugere ista omnia quæ futura erūt & stare ante filium hominis Lucæ. 21. in fi. & sic faciebat Anna prophetissa filia Phamuel de tribu Asser quæ uidua erat quæ non discedebat de templo ieiunijs & obseruationibus seruiens Deo nocte ac die & hoc ipsa hora superueniens confitebatur domino omnibus qui expectabant redemptionem Hierusalē Lucæ. 12. & beatus qui in lege domini meditabitur die ac nocte psal. 1. & hoc etiam probatur ex euangelio de filio prodigo ubi pater dixit filio obediēti omnia mea tua sunt Lucæ. 15. & ponderanda sunt uerba quæ dicta sunt filio obedienti perfecto & iusto, non autem filio

prodigo & sic otiosi & desidi cui succurritur uirtute clauium ex meritis sanctorum cum ipsi proprijs operibus satisfacere non poßint & de hoc infra in uersi. ad quintam.

Ad tertium argumentum, in quo dicitur nulla sũt opera sanctorum relicta irremunerata quia secundũ omnes Deus præmiat ultra condignum unde Paulus. Non sunt condignæ paßiones huius sæculi ad futurã gloriam & omisit allegare ad Rom. 8. c. saluator. 1. q. 3. & illud. 1. ad Corint. 1. quòd oculus nõ uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit Deus diligentibus se. Et illud Grego. Omelia 35. Temporalis namq; substantia æternæ fœlicitati cõparata potius dicẽda est mors quã uita. Respõdetur quod fatendum est nulla opera sanctorum fuisse aut esse irremunerata à Deo, immo plusquã remunerata ultra condignum, cum Deus det gratiam & merita beatorum prosint & sibi & alijs penitentibus ut patet ex prædictis in uers. ex præmissis & ex uerbis angelicis, Aue gratia plena, quia beatißima uirgo gratias suas impertit nunc dei inuocantibus eius præsidium, alias frustra diceretur gratia plena, & ad hoc etiam facit quod dicitur in euangelio ut recipiãt me in domos suas & in æterna tabernacula Lucæ 16. quia debitores quibus remissa fuit portio debiti habent facultatem recipiendi uillicum in domos suas & in æterna tabernacula & sic participare merita sua alijs ut præmißum est, multo fortius sancti &

beati qui actualiter nõ peccauerunt & max. beatissi ma uirgo, Esaias, & Io. Baptista in utero matris sanctificati dicuntur Hieremiæ.c.1.ibi priusquàm te formarē, in utero noui te & antequã exires de uulua santificaui te & pene innumeri innocẽtes, martires, cõfessores, & uirgines ut diffusius supra retuli uers. ex præmissis, quibus Deus non tantum dedit uitã beatam sed etiam illis indulsit pro eorum meritis ut in sua tabernacula spiritualia seu æterna alios recipere possent.

Ad quartum argumentum, in quo dicitur quòd nullus sanctorum sufficienter adimpleuit mandata Dei. ergo nihil prorsus fecerunt superabundans, quare nec ad indulgentias aliquid describendum reliquerunt, quod probare conatur ex dicto Christi cum feceritis omnia quæ scripta sunt dicite serui inutiles sumus. Respõdetur iam q̃ Deus non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos sed secundũ suã misericordiam saluos nos fecit, inquit apostolus ad Titum.3.c. item hoc dictũ non esse simpliciter uerũ si loquitur de peccato actuali quia multi sancti fuerunt sine hoc peccato & qui pfecti adimpleuerũt mãdata Dei & ultra ut patet de beata uirgine: Io.Bap.Esaia. Itẽ de înocẽtibus qui pene înumeri fuerũt ut paulo ante dictũ est, teste Ioann.euangelista in Apoca. 7. & 13. c. enumerat. 144. millium de tribubus & inquit post hoc uidi turbam magnam quã dinumerare nemo poterat hi.n.uirgines sunt & sequuntur agnum quocũq; ierit

Vide Fell. in tractatu de indulgentijs.2.colũ. uers. iudicarum.

ut ipse inquit in.d.c.14.& Apoca.5. Erat numerus eorum millia millium,& multi alij, ut Paulus primus hæremita qui annos.60.uel circa austerrimam uitã in hæremo peregit ut attestatur Hieronymus in uita ipsius Pauli & Benedictus & Maria Magdalenæ ut refert Iacobus de Voragine post Hieronymũ qui possunt dici plusquàm sufficienter adimplesse mandata Dei. Nam benemeritus dici potest qui non demeruit.ff.de manu.testa.l.seruos,sic quilibet dicitur dignus qui non est indignus.c.ult.de præsump. & glo.not.in.c.si quis.12 q.2. & eo ipso quo res non est facta deterior uel pauperior intelligitur facta locupletior.l.in pupillo.ff.de solu. glo.in.c. sine exceptione in uerbo profuturum .12.q.2.et canit ecclesia de confessoribus qui potuit transgredi & non est transgressus facere mala & non fecit, ideo stabilita sunt bona illius in domino & elemosinas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum eccle.31. Multo fortius si uitam austerrimam traduxerunt ipsi sancti meruerunt præterea si uerum esset quod allegas frater Marti. nullus esset saluus,nec aliq sancti quia qui in uno peccat factus est omniũ reus.c.desleat de re.iur. Et nemo sine crimine uiuit inquit Cato, Nec est qui faciat bonum,nec est usq; ad unũ psal.13. quòd fatuũ est dicere: Fateor tamen q nec infans unius diei est sine peccato comparatiue ad sinceram iustitiam Dei, ut inquit Augustinus ad hæremitas sermone.29. & 46.iuxta illud non iustificabitur in conspectu omnis

uiuens psal.142. Iob.15.c.charitas de pe.distin.2. & Hiero.ad Iouinianum omnis inquit creatura sub uitio est, non quòd omnis peccauerit sed quia nulla est quæ peccare non poßit, & astra in conspectu Dei munda non sunt comparatiue.d.§.charitas & tamē Deus beatos et sanctos appellat quibus remißæ sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata. psal.31. et beatus qui intelligit super egenum & pauperem psal. 40. & beatus qui non abijt in consilio impiorum. Psal.1. Beati omnes qui timent dominum psal.127. & beatus es et bene tibi erit eo. psal. Et beati pauperes spiritu, Beati pacifici, Beati mundo corde, Beati eritis cum maledixerint uobis homines & reliqua Mat.5. & Lucæ.6. cum innumeris pene alijs similibus qui beati appellant qui beati non dicerētur nisi mandata adimpleßent, ad auctoritatem illam cum feceritis omnia quæ scripta sunt, dicite uos seruos inutiles, Mar. debuit allegare Lucæ.17. Respondetur q̄ dicta auctoritas intelligitur, ut exponit ibi Ni.de lyra, quia secundum ueritatem nulla utilitas prouenit Deo de humanis operibus, sed solum ipsis operantibus, & ego ad comprobationem huius expositionis illud prophetæ bonorū nostrorum nō eges psal. 15. insuper dicitur quòd hoc dixit Christus in signum humilitatis & ratione maximi præmij quod consecuturi erant in præmium meritorum suorum & obseruantia mandatorum diuinorū. unde dicitur Ioan. 17. Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti

mihi de mundo tui erant & eos mihi dedisti, & sermonem tuum seruauerunt & Io. 16. dicitur illo die in nomine meo petetis & nunc dico uobis, quia ego rogaui patrem de uobis. Ipse enim pater amat uos quia uos me amastis & credidistis quia à Deo exiui. Et alibi dicitur scitis quia principes gentium dominatur eorum & qui maiores sunt potestatem exercent in eos. Non ita erit inter uos. sed quicunque uoluerit inter uos maior fieri sit uester minister, & qui uoluerit inter uos primus esse erit uester seruus. Sicut filius hominis nõ uenit ministrari, sed ministrare Mat. 20. & Lucæ. 22. Ecce quòd Christus facit se seruum cum dicat ueni ministrare non ministrari humiliter nasci uoluit uidelicet in præsepio Lucæ. 2. & humiliter cum hominibus conuersatus est, nam surgens Iesus de sinagoga abijt in domum Simonis Lucæ. 4. & Mat. 7. Simon autem erat piscator uenite (inquit Christus) Petro & Andreæ fratribus post me & faciam uos fieri piscatores hominum, erant enim piscatores. Math. 4. & ait ad Simonem Iesus noli timere, ex hoc iam eris homines capiens Lucæ quinto, & lauit pedes discipulorum suorum Ioan. decimotertio, & elegit ima ut fortiora quæcunque confunderet primo ad Corinth. 1. in fine. Et in oratione beatæ Agnetis & Christi & Apostolorum exemplo maxime Petri.

Papa appellat se seruum seruorum Dei, ut in prohemio Gregoriano libri Decretalium ibidem &

prohoemio sexti. Cum glosa ibi in uerbo seruus seruorum. Nam omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur Lucæ decimoquarto & 18. & Math. uigesimo & 24. & beatissima uirgo in cantico dicit, quia respexit humilitatem ancillæ sue & deposuit potentes de sede & exaltauit humiles Lucæ primo, & ecce ancilla domini. ibidem, Tamen Christus non appellat discipulos suos seruos, sed amicos Ioannis decimoquinto uos amici mei estis si feceritis quæ ego præcipio uobis iam non dicam uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus, sicut uos autem dixi amicos, quia quæcunque audiui a patre meo nota feci uobis. Nec per hoc sequitur, ergo non sunt merita ex bonis operibus.

Ad obiectum, in quo dicitur sapientes uirgines prorsus nil uoluisse communicare de suo oleo, timentes ne ipsis quoque deficeret. omisit allegare Matthei uigesimoquinto. Respondetur quòd per hoc non sequitur ergo non abundant oleo & sic meritis. Immo potius infertur oppositum, uidelicet quòd habebant oleum superabundans sed illud noluerunt communicare cum fatuis, Quia fatuæ non erunt dignæ, nec capaces, tanquàm à Deo reprobatæ propter eorum fatuitatem propterea oleum non meruerunt, idest misericordiam ut ibi declarat dominus Nicolaus de lyra super uerbo. sed quinque fatuæ, quia non est dandum

ſanctum canibus. Nec margaritæ ſeminandæ ſunt inter porcos. Ma. 7. c. ĩ mãdatis. 43. di. c. nolite. 11. q. 3.

Ad dictum apoſtoli. 1. ad Corin. 3. Vnuſquiſq; accipiet ſecundum ſuum laborem. Reſpondetur quòd per hoc apoſtolus non negat quòd non poßit accipere & participare de bonis & mercede aliorũ: Immo tantum acceperunt operarij qui uenerunt. 11. hora quantum illi qui primo mane & hora tertia conducti fuerant & miſſi in uineam domini Math. 20. & not. glo. inſti. de iuſtitia & iur. in prin. & plus accepit latro una hora quàm innumeri penè prophetæ & ſanctiſſimi uiri qui annis quinq; millibus uel circa præmium expectauerunt ſuorum meritorum Luc. 24. & paterfamilias murmuranti quòd tantum accepiſſent ultimi quantum primi. Reſpondit amice nõ facio tibi iniuriã. Nonne ex diurno denario cõueniſti mecũ. Tolle quod tuũ eſt an nõ licet mihi q, uolo facere Mat. 20. Ad quintũ, quo dicitur oĩs ſanctus eſt debitor Dei diligendi quantum poteſt, immo ultra quàm poteſt. Ego pro Mar. allego illud Mat. 22. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua & ex omni mente tua, ſed nullus id fecit nec facere potuit. & ad ſextum quo dicitur ſancti per opus eorum omnium perfectiſſimum. ſ. mortem martirium paßionem non faciunt ultra quã debent &c. Reſpondetur fatendum eſſe quæ dicuntur in his duobus argumentis, ſed per hoc non infertur quòd ſancti ex ſuis operibus non conſequenter ex di-

uina bonitate tantam gratiam quin poßint etiã alijs prodesse, ut supra ostensum est & teste apostolo. Nõ enim inquit ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit ad Titum. c. 3. Nam Deus affatim remunerat diligẽtes se iuribus prædlegatis, & attestatur Apostolus, nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit Deus diligentibus se.

Ad septimum argumentum, in quo dicitur quòd cum tot argumenta produxit illi autem pro sua parte nec unum adduxerunt, sed simplicem narrationem sine scripturis doctoribus rationibus loquentes. possumus immo debemus ab eorum sententia omnino recedere & hæc sunt sua. Respondetur quòd dicta argumenta de iure non militant, nec cõcludunt & dant sine mente sonum nugæq; canoræ, ut liquido patet ex respõsionibus meis ad ipsa factis ex quibus luce meridiana clarius dicta tua argumenta & scripta sapere & continere manifestam hæresim, et digna flagro cum eius actore adulari nescio nec didici sed ueritatem fateri & tueri. Nec uere dicere potest me sine scripturis auctoritatibus & rationibus loquutũ fuisse. Cum re ipsa pateat me nec ullum uerbum dixisse quod iuredíuino & humano non sit munitum et comprobatum. Nota enim mihi est Imperatoris sententia supra sæpius a me allegata, turpe est sine lege loqui. l. illam. C. de colla. §. consyderauimus in autẽ. de tri. & semis. unde Mar. peccat in hoc quòd alijs

obijcit ut patet re ipsa. Ad auctoritates sanctorum patrum a Mar. allegatas ex præmißis patet. Responsio & maxime ad illud beati Augustini omnes sancti necesse habent orare. Dimitte nobis debita nostra etiam cum bene fecerunt & quòd Christus nullum excipit quando orare nos docuit, sed qui confitentur debita certe non superabundant. Respondetur q sancti orare debent pro se & pro alijs. Pro se quia iustus septies cadit in die & resurgit Prouerbio. c. uigesimoquarto & glosa notabilis instituta de iusticia & iure in principio, & in epistola inter claras in uerbo religio. C. de summa trinitate & fide catholica, & nunquàm in eodem statu permanet Iob decimotertio. c. Et in autentica de non alienan. columna secunda paragr. ut autem, ubi inquit Imperator quid enim tam stabile est ut mutationem non patiatur cum omnis noster status sub continuo motu consistat pro alijs exercendo offitium pietatis et charitatis quia quilibet tenetur proximo suo dicente domino diliges proximum tuum sicut te ipsum Math. 5. & uigesimosecundo. Lucæ. 10. Et plenitudo legis est dilectio ad Roma. 13. Multum enim ualet aßidua oratio iusti, Helias erat homo paßibilis similis nobis & orauit ut non plueret super terram & non pluit annos tres & menses sex, & rursum orauit & cœlum dedit pluuiam & terra dedit fructum suum Iacob. c. ultimo. & donec Moyses orauit populus suus uicit seu uincebat, uincebatur autem

dum dimittebat manus & orare cessabat Exod. 17. & .36.c.ultimo glosa notab.& magistralis in clementina si dominum in uerbo rationis. c. si. de re. & uenera. sanctorum & Hostien. in summa de remiss.§.ad quid ualent uersic.fateor ubi ponit exempla de Daniele Moyse & Dauid orantibus & Christus ter orauit & dixit Simon ego pro te rogaui ut non deficiat fides tua Lucæ.22.& docuit Apostolos orare dicens orantes nolite multum loqui sicut ethnici faciunt. Putant.n.quod in multiloquio suo exaudiantur, nolite ergo assimilari eis sit enim pater uester quod opus sit uobis ante quam petatis, cum sic ergo orabitis pater uester qui est in cœlis & cæt. Matthei quinto & Lucæ undecimo quam orationem etiam angeli quottidie dicunt in conspectu Dei ibi agentes gratias & illum laudantes usque ad illud & ne nos inducas in tentationem & libera nos a malo, quia confirmati sunt, nec cadere possunt. auctorem huius dicti nunc non memini, unde licet quilibet sanctus teneatur orare. Non sequitur ergo est peccator nec superabundat quia sancti ex humilitate fatentur se peccatores donec in hoc sæculo uitam traducunt licet sint sine peccato, attestante domino, uos mundi estis sed non omnes loquendo de Apostolis Ioannis decimotertio & tamen cum feceritis omnia quæ ego præcipio uobis dicite uos seruos inutiles ut præmissum est & dicetur in sequen.responsione.

Ad secūdam auctoritatem allegatā uidelicet Beatus uir cui non imputabitur peccatum & pro hoc orabit ad te orabit ad te omnis sanctus omisit Mar. allegare psal. 31. quare beatus Hieronymus contra Pelagium tractans dicit quomodo sanctus si pro impietate sua orat. Rursus si est impius nō est sanctus. Respondetur quòd Mar. male allegat & non sane intelligit dictum psalmistæ quia ibi omnis sanctus nō orat pro sua impietate quia est a culpa per ipsum perpetrata emendatus sed in tempore opportuno hoc est remissionis culpæ quo tempore possunt exaudibiles apud Deum quia in gratia factæ. Orat enim ne reincidat in pecatum ut ibi exponit Ni. de lyra super uerbo pro hoc orabit. Item quia sancti ex humilitate dicunt se peccatores comparatiue apud Deum cum nec astra sincera non sint in conspectu Dei, ut supra dictum est. Insuper dici potest quòd sanctus dicitur quo ad Deum sed sanctus reputat se impium & peccatorem donec uiuit in hoc sæculo, ut patet maxime in beata uirgine Maria quæ licet esset iam à Deo patre mater filij sui electa, tamen dixit se ancillam Ecce inquit ancilla domini fiat mihi secundum uerbum tuum Lucæ. 1. & Io. Baptista licet in utero matris esset sanctificatus & de eo Christus dixerit. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui præparauit uiam tuam ante te Mat. 3. & Lucæ. 7. & fuit homo cuius nomen erat Ioannes, Hic uenit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine Io.

1. et hic

1. & hic erit lucerna ardens & lucens Io. 5. & inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista Mat. 11. Tamen ipse Ioan. dixit loquens de Christo non sum ego dignus ut soluam eius corigiam calciamenti Ioan. 1.

Ad tertiam auctoritatem Augustinus lib. 1. retractationum. Omnia inquit mandata implentur quando quicquid non impletur ignoscitur. Tractat enim ibi questionem an sancti perfecte impleuerint mandata Dei & negat dicens quòd magis Deo ignoscente quàm implente homine & ad questionē Augustini. 1. confeßionali. 9. ue hominum uitæ quantuncunq; laudabili si remota misericordia iudicetur & ad sanctum Augu. lib. 2. uersus Iulianum inducēs. 10. anti quos patres ecclesiasticos uidelicet Hilariū, Cyprianum, Georgium Nazanzenum, Ioannem Chrisostomum, Ambrosium Iminerium, & Olimpium Heremium, Innocentium in eandem sententiam & illorū auctoritate nititur probare nullum sanctum in hac uita sine peccato esse iux. illud Io. epist. 1. si dixerimus q; peccatū nō habemus seducimus & ueritas in nobis non est &c. Respondetur siue ignoscente Deo seu implente homine mandata & siue misericordia Dei interueniente ex quo homo consequitur gratiam Dei & salutem animæ consequatur et per consequēs amplitudinem gratiæ, ita ut cum alijs communicare poßit ut supra dictum est. Item prædictæ auctoritates debent intelligi secundum seueram iustitiam Dei

ſecundũ quantitatẽ cõparatiue nec ſydera mũda sũt d.§.charitas de pe.diſtin.2. Nec auctoritates pãictæ præualent, euangelio diuinis iuribus & auctoritatibus ſupra relatis, unde ſatis clare patet Mar: grauiſsime ac perniciosiſsime peccaſſe male ſentire de fide cum dicit ſe audatiorem fieri uelle proteſtando nõ dubitare quòd nulla ſint merita ſanctorum quæ otioſis ſuccurrant & ſe paratum dicit ignem & mortẽ ſuſcepturum quoniam conſtat ex ſupra allegatis ſententiam Mar. eſſe hæreticam & diuinis auctoritatibus omnino contrariam ideo reſpuendam & conculcandam.

Ad id q̃ infertur Mar. dato pro poſsibili q̃ merita ſanctorũ ſuperfluerent nõ deberẽt tã uiliter expẽdi cum ſolutio pœnæ ſit uilliſsimum donum eccleſiæ & uilliſsimis donabile cum martirium & ſanctorum pœnæ debeant potius eſſe exemplum ferendarum pœnarum ſic enim oramus &c. Reſpondetur hæc uerba Mar. reſponſum non mereri, quia nihil allegat erubeſcimus enim ſine lege loqui iuribus ſæpius ſupra allegatis tamen ex urbanitate poſsumus dicere quòd Chriſtus in hunc mundum uenit ut ſaluum faceret quod perierat Lucæ decimonono & Marci decimoquinto, ſecunda queſtione ſeptima. Et uenit uocare non iuſtos ſed peccatores Matthei nono. Lucæ quinto Marci. 2. . c. multi ſecunda queſtione prima. Et miſſus eſt ad oues quæ perierant. Matthei. 15. & non perdere ſed ſaluare Lucæ. 9.

Io.4.c.quod Christus & .§.ex his.23.q.4.quia sani non egent medico sed qui male habent Luc.5. de pe. di.1.c.ecclesia, qui reliquit nonagintanouem oues in deserto ut unam errantem & uagantem inueniret quam inuentam super humeros impositam portauit & uocatis amicis & uicinis dixit, Congratulamini mihi,quia inueni ouem quam perdideram Lucæ.15. Math.18.c.importuna de pe.dist.1.c. quia sanctitas 50.di.unde expendendo merita sanctorum in redimẽdo & saluando animas deperditas otiosorum uilliter non expenduntur quia animæ cunctis rebus præferuntur & digniores sunt.l.ult.C.de sa.san.eccle.l. ulti.C.ad.l. Iuliam repetũ.& propter hominem factus est mundus ut & ipsum propter se tanquàm diuini templi antistitem, spectatorem operum rerumq; cœlestium solus enim qui sentiens capaxque rationis intelligere poßit Deum, qui opera eius admirari uirtutemque potestatemque perspicere. Iccirco enim consilio mente prudentia instructus est ideo solus, præter cæteras animantes rectus corpore ac statu factus est. ut ad contemplationem parentis sui excitatus esset uideatur. Ideo sermonem solus accepit, ac linguam cogitationis interpretem, ut enarrare maiestatem domini sui poßit. Postremo iccirco ei cuncta subiecta sunt ut factori utique artifici Deo esset ipse subiectus hæc Lactantius in libro de ira Dei. c. decimoquarto. Occurrit etiam diuina illa auctoritas. Fecit enim

Deus hominem ut summum bonum intelligeret intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur. hoc etiam attestatur Ouidius. 1. lib. metha.

Pronaq; cum spectent animalia cœtera terram
Os homini sublime dedit cœlumq; uidere iussit.

Et erectos ad sydera tollere uultus quos uersus allegat glo. insti. de iure na. gen. & ciui. in si. uerbo personæ & de re. diui. §. partus in uerbo natura. et Archi. in. c. imago. 33. q. 5. & Persius o curuæ in terris animæ cœlestium inanes. Et quanti fecerit hominem Deus omnium opifex etiam colligi potest diuina auctoritate. Nam creauit hominem ad imaginẽ & similitudinem suam dicens in plurali, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram inferens trinitatem interuenisse in creatione hominis Gene. 1. & . 5. et Sapientiæ. 2. sic & Christus dixit si quis diligit me sermonem meum seruabit & pater meus diliget eum & ad eum ueniemus & mansionem apud eum faciemus in plurali loquendo Io. 13. Quãdo autem Deus creauit cœlum & terram in singulari hoc fecit in principio inquit creauit cœlum & terram Io. c. 1. Declaras pluris facere hominem quã totum mundum. Quæ etiam supposuit homini, teste propheta, Omnia inquit subiecisti sub pedibus eius oues & bo. un. & sin. & pe. campi Psal. 13. & Gene. 1. & ter dixit Christus Petro amas me pasce oues meas Io. 10. c. significasti de electio. Nec solutio penæ sit uillissimum donũ ecclesiæ, immo nobilissimũ

donum ecclesiæ nec eo nobilius aut prætiosius donũ eo esse aut excogitari potest quã ut animæ defuncto-rum a penis purgatorij aut æternis liberarent quòd patet quia ecclesia quottidie effundit preces, & di-cit inter alia orando ineffabilem nobis domine mi-sericordiam tuam clementer ostende ut simul nos a peccatis omnibus exuas & a pænis quas pro his meremur eripias & omnes penè orationes ecclesiæ tendunt & dicunt ad liberandas animas a penis & ad consequendam uitam æternam. quod etiam patet in oratione dominica ibi sed libera nos a malo pro-pter quod imponitur pena. Nam iustus non subiacet legi nec penæ legali. c. licet in prin. de regula. cũ cõ-cor. ibi allegatis q͂ propter transgressores facta est lex. Ad Galla. 3. & glo. in prohæmio Grego. in uer-bo proditur. Et si omnes homines essent boni omnes essent equales sed peccatũ fecit unum superiorẽ alte-ri, & genus humanum consistere non posit nisi eßẽt maiores & minores & in glo. not. in. c. de constan-tinopolitanæ. 22. dist. Nec uillißimis donabile (ut in quit Mar.) cum totus mundus propter hominem factus sit iuribus & auctoritatibus præallegatis & Deus de cœlo descedens factus sit homo uerbum caro factum est Io. 1. & pro saluando homine crude lißimam & ignominiosam mortem pati uoluit. Mat. 26. Lucæ. 23. Mar. 15. Io. 19. Esaiæ. 53. Actuũ 3. 10. & 13. Et dixit quid prodest homini si uniuer-sum mundum lucretur animæ uero suæ detrimentum

patiatur Mat.16.Lucæ.8.&.12.Marci. 8: in fi. c. Mattheus in fi.de simo. & summa dementia est dicere q̃ martirium & pœnæ sanctorum debuerãt esse potius exemplum ferendarum pænarum cum sancti paßi sunt martiria & penas potius pro consequẽda æterna salute ergo ut eßẽt exẽplo ferẽdarum pœnarum ut patet ex uerbis Christi qui dixit discipulis suis, Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum, & infra & morte uos afficient qui autẽ perseuerauerit hic saluus erit Mat.10.c. & Lucæ.10: & qui perdiderit animam suam propter me inueniet eam Math.10.&.16. Beati estis cum maledixerint uobis homines & persecuti uos fuerint gaudete & exultate quoniam merces uestra copiosa est in cœlis Mat.5.Lucæ.6. Et beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiam, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronã uitæ quam repromisit Deus diligentibus se.c.nisi cum pridem.§.uerum de renũcia. Et dominus ad Ananiam dixit loquens de Paulo, quoniam uas electionis mihi est iste ut portet nomen meum coram gentibus & regibus & filijs Israel. Ego enim ostendam quanta oporteat eum pro nomine meo pati Actuum. 9. hoc igitur martirium non fuit potius ad exemplum ferendarum pænarum sed pro salute animæ Pauli ut falso asserit Mar.

Nunc transeamus ad merita Christi in quibus Mar. impudenter thesaurum ecclesiæ constare negat. Et primo dicit quòd nullis scripturis nec rationibus

ostendi potest asserens se negare donec doceatur, qua in re Mar. pernitiosissime errat. Ad quod ꝓbandū dico si ex meritis sanctorum rationibus & auctoritatibus diuinis & humanis supra per me relatis liquido constat thesaurum in ecclesia Dei esse multo fortius ex meritis Christi qui peccatum non fecit neque inuentus est dolus in ore eius Esaiæ. 53. c. & Ioann. primo. & Petri epistola secunda. c. si enim. 2. colum. de peni. distinctione. 2. §. ecce. 1. quæstione. 7. & dixit Christus quis ex uobis arguit me de peccato. Ioan. 8. Et uenit enim princeps mundi huius & in me non habet quidquam Ioan. 23. Nam Christus de cœlo descendit & incarnatus est in uirginali thalamo cle. 1. 1. respon. de sum. tri & fi. ca. et crudelissimam mortem passus est pro salute humani generis ex cuius passione & sanguinis effusione cōstat humanum genus saluatum est ut dicit gl. in. c. 1. in uerbo qualitas de collusi. et eius meritis thesaurus in ecclesia Dei constitutus est & ipse dixit hic est sanguis meus noui testamenti qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum Matth. 26. Lucæ. 22. Marci. 14. & Apostolus primo ad Corinth. 11. Et ipse uere langores nostros tulit & dolores nostros ipse portauit & nos reputauimus ipsum quasi leprosum & percussū à Deo & humiliatū ipse autē uulneratus est ꝑ iniquitates nostras & attritus est propter scelera nostra disciplina pacis nostræ super eum & liuore eius sanati sumus omnes

nos quasi errauimus unusquisq; q, in uiam suam declinauit & dominus posuit in eo iniquitatem omniũ nostrum. oblatus est quia uoluit, & pro eo quòd tradidit in mortem animam suam & cum sceleratis deputatus est ipse peccata multorum tulit et pro trãsgressoribus orauit ut non perirent Esa.53. Petri epistola.2.c. cum marte de cele. missa. Actuum.8. de pe.di.2.c. si enim.2. colum. uers. scięti bonum. Lucæ 22. & glo. in.c. pro humani de homi. in.6. Ipse enim saluum fecit populum suum a peccatis eorum Mat. 1. aliter paßio Christi inanis fuisset quod fateri summa dementia est. Et hæc addi poßunt ad multas diuinas & humanas allegationes quas ad demonstrãdũ thesaurum in ecclesia Dei esse retuli in libello de põtifitia pote. uers. aggrediamur itaq; & maxime referendo uerba Hosti. quę allegat Mar. qui inter alia dicit minima gutta sanguinis Christi sufficeret ad expiationem omnium peccatorum & redemptionem omnium hominum qui unquam fuerunt aut esse possint cum respectu Dei totus mundus nihil est, gutta uero sanguinis Christi prætiosa sit, & paulo infra dicitur. & hæc sanguinis effusio est thesaurus in scrinio ecclesiæ Dei repositus cuius claues habet ecclesia unde quando uult potest scriniũ aperire & thesaurum suum cui uoluerit communicare remißiones & indulgentias fidelibus faciendo ut diffusius ibi retuli alios auctores idem tenentes & dicentes, quomodo ergo Mar. dicere potest, q, nullis scriptis nec

rationibus ostendi potest. cum innumeras auctoritates pene adduxerim supra hoc libello & in. d. §. uersi. aggrediamur itaq;.

Ad quatuor argumenta per Mar. hic repetita et superius in meritis sanctorum adducta patet solutio ex responsionibus per me factis.

Ad quintum argumentum, in quo dicitur quòd sit insignis irreuerentia meritis Christi si solummodo expenduntur in relaxãdo penas otiosis quãdo pon. concedit indulgentias &c. Respondetur hoc nõ mereri responsum quia nihil ad hoc allegat Mar. tamẽ ad demonstrandum errorem suum, Responderi potest quòd nulla sit irreuerentia meritis Christi cũ ipse passus sit pro omnibus tam malis quàm bonis & otiosis Petri epistola. 1. c. 3. Christus pro peccatis nostris mortuus est iustus pro iniustis & ipse facit oriri solem super bonos & malos & pluere super iustos & iniustos Mat. 5. c. ult. 27. di. §. ex his. 23. et nõ ueni uocare iustos sed peccatores. Sani enim nõ egent medico sed qui male habent Lucæ. 5. & Mat. 9. Mar. 2. de pe. di. 1. c. ecclesia in fi. c. multam. 2. q. 1. & dixit otiosis ite & uos in uineam meam Mat. 20. & ad nuptias quas fecit rex filio suo uenerũt boni & mali inuitati & implete sunt nuptiæ discũbẽtium Mat. 22. c. sponsus. 56. di. nec apud Deum est acceptio personarum Deute. 17. c. in fi. 2. Paralip. c. 19. Mat. 2. Actuum. 10. 4. col. Lucæ. 20. ad Ro. 2. ad Ephe. 6. Venit enim saluũ facere quod perierat

Lucæ.18. & supra dictum est.

Ad quæsitum fratris Mar. dicentis ad istam cõtradictionem respondeant beatus Thomas & Bonauen. & sequa. qui dicunt quòd opera bona sunt meliora quàm indulgentiæ, & quòd per indulgentias expenduntur merita Christi, & quòd merita Christi incomparabiliter sunt meliora quàm bona opera nostra &c. Respondetur non mereri responsionẽ cũ nõ alleget locos dictorum uerborum qui allegandi erant ut sciretur an uerba sonent ut allegata sunt. Insuper esto quòd uera sint allegata non concludunt intentionem Marti. quia supra negat thesaurum esse in ecclesia Dei & merita sanctorum & Christi & contemnit indulgentias & sic Mar. est sibi ipsi contrarius conuenit autem nulli qui secum desidet ipse inquit Cato. Præterea dici potest quòd opera nostra meliora sunt hoc est laudabiliora quam indulgentiæ quoniam magis nostrum est quod per nostram probitatem quærimus quàm id quod aliena uirtute & per antecessores nostros l. si quid in bello & ibi glosa in uerbo erat. ff. de captiuis. & post li. re. l. 3. ff. de inter. & rele. Quod etiam attestatur Ouidius. 12. libro Metha.

Nam genus & proauos & quæ non fecimus ipsi
Vix ea nostra uoco. Et Iuuenalis.
Miserum est aliorum incumbere famæ.

Sed indulgentiæ sunt utiliores & digniores cum

maius præmium afferant animabus, & facilius homines consequantur ueniam delictorum suorum ex ipsis indulgentijs, quàm ex operibus suis. Quoniam pro omni peccato confeßo septennis penitentia imponitur peccatori trigesimatertia questione secunda hoc ipsum & paragr. sequenti uigesimasecunda, questione prima prædicandum, & hoc tenet Hostiensis in summa de penitentijs, & remißionibus paragr. quæ pæna prima columna uersiculo, dicas quòd quia dominus præcipit Mariam sororem Aaron lepra percussam, propter murmurationem suam, & Moyses accepisset in uxorem Ethiopissam poni extra castra per septem dies dicens diem intelligi unum annum. Ex indulgentijs autem apostolicis potest quis incontinenti ad gloriam æternam requisitis interuenientibus quibus supra dixi in libello de pontifitia potestate uersiculo aggrediamur itaque euolare, maxime quia merita Christi propter quæ indulgentiæ apostolicæ conceduntur sine comparatione sunt excellentiora & digniora operibus nostris & sic intelligendo nulla erit contrarietas inter doc. præallegatos. Et ita nos intelligere debemus ut iura iuribus concordentur. c. cum expediat de electio. in. 6. cum concor. præallegatis.

Ad dictũ Mar. dicẽtis. Infelix ergo q̃ nõ dimittit opera sua bona, et solũ querat opera Xp̃i et superbit miser qui non omißis omnibus præceptis etiam

diuinis solum indulgentias redimat. Respondetur quod per hoc non debet homo cessare a bonis operibus seu omittere bona opera iuxta illud euangelicum unum facere aliud non omittere Mat.23. Lucæ.11. & qui aliter faceret peccaret maxime peccato accidiæ pro contemptu & negligētia. Debet enim homo semper dolere de peccato suo.c.perductio de pe.dist.3.c.ult. de pur.ca.quia nullus sine crimine uiuit & nescit an peccata sint ei remissa ut dicit gl.in.c.quod autē in fi.de pe.& re.& Pau.1.ad Corin.4. Nihil mihi conscius sum sed non in hoc iustificatus sum. & nemo sic utrum amore uel odio dignus sit Ecclesiast. c.9. in prin. Ideo debet homo semper orare & bene operari teste Dauid propheta a solis ortu usque ad occasum laudabile nomen domini psal.112. Benedicite dominū in omni tempore semp laus eius erit in ore meo.psal.33. Et ne diabolus inueniāt hominem otiosum sed occupatum ut inquit Hiero.ad Rusticū monachum.c.nunquàm de conse.di.5. quia nihil dānabilius otio iuxta illud Ouidij.

Queritur Egistus quare sit factus adulter
In promptu ratio est desidiosus erat. & alibi
Otia si tollas periere cupidinis artes. ut est glo. in.d.c.nunquàm in uerbo omnis &c.c.nisi cum pridem.§.uerum de renun. in uerbo otiositas. Et ideo Anna prophetissa filia Phamuel de tribu Asser non discedebat de templo ieiunijs & obseruationibus seruiens Deo die ac nocte Lucæ.2. & Moyses &

Aaron non discedebant de tabernaculis Domini semper orantes.c.ult.36.di.Dei et Iacob habitabat in tabernaculis orando Gene.25: & pro hac orabit ad te omnis sanctus psal.31:

Ad illud quod dicitur ubi illud quod supra dictũ fuit,arguendo sic opera erogationis sunt omniũ nobilißima & perfectißima, & talia non remunerantur martires & sancti, sed conceduntur pigris & stertentibus & sic sancti remunerantur secundum opera sua & merita minora,quia perfectiora relinquunt,alijs ergo sancta Catherina pro martirio & uirginitate sua nihil accepit &c. Hoc non meretur responsionem quia ad hoc Mar. nihil allegat poßet etiam responderi quòd opera erogationis no[n] remunerari martiribus & sanctis quod patet qu[i]a beatæ Chaterinæ & aliarum uirginum sanctar[u]m & sanctorum merita fuerunt sibi ascripta ad gloriam perpetuã unde dicitur in præfationibus seu introitibus missarum Apostolorum, nimis honorati sunt amici tui Deus nimis cõfortatus est principatus eorum. Et de ipsis superabundant propter amplißimam gratiam Dei qui affatim remunerat diligẽtes se,ut patet cum dixit apostolis suis centuplum accipietis & uitam æternam poßidebitis Mat.19. & supra dictum est,& quis spiritus reuelauit Mar.q. opera erogationis non remunerantur martires nec sancti sed solũ cõceduntur pigris & stertentibus,sed tantũ sancti remunerantur secundum opera sua &

merita minora, quia perfectiora relinquunt alijs, sed esto quòd hoc uerum esset quod tamen non conceditur, quia sine lege sine auctore dictum est & quorsum hæc, nisi uelit inferre quòd martires & sancti defuncti non egent indulgentijs nec suffragijs nec erogationibus uiuentium, quia iniuriam facit martiri qui orat pro martire & sancto. c. cum marte tertia columna in fine de celebratione missarum: sed hoc non considerat Martinus, quia subijcit sed sancti remunerantur secundum opera sua & merita minora. Ergo non intelligit de defunctis iuxta dictũ c. cũ marte si intelligit de uiuis martiribus & sanctis non uideo differentiam quare martires et sancti non ita remunerentur maioribus pijs operationibus sicut & minoribus. Sileat ergo Mar. cum ignoret quid dicat & concludit.

Ad id quod dicit Mar. 4. reassumo ar. glo. in c. quod autem de pe. & re. adducit sic si indulgentiæ sunt remißiones pœnarum omnium non debet homo ultra ieiunare aut bona facere nec sollicitus esse per hoc quòd sit incerta remissio sed blasphemantur potius claues ecclesiæ & super hanc glo. multa effundit uerba ad coadiuuandam suam illaudabilem, & a ueritate prorsus alienam opinionem, & conclusionem. Respondetur quòd nec uerba nec mens glosæ ita sonant ut refert Marti. Verba enim glosa sunt hæc imposita alicui septenis penitentia datis septem denarijs habet septem annos remißionis

ualituros sibi præcepto imponentis pænitentiam. Nunquid ultra ieiunare tenetur. Respondetur si in ueritate satisfecit ecclesiæ non tenetur ex necessitate ieiunare sed ex honestate & si contemnat peccat mortaliter pro contemptu. Debet enim semper dolere de peccato de penitentijs distinctione tertia.c.proditor quia nescit quando dimissa sint ei peccata argumentum de purgatione canonica. c. ultimo.ibi enim si simplex fuero, & si comode possit adequari pæna cum præcedenti culpa saltem debet argumen.de peniten.distinctione prima,uide benigum unde Apostolus sicut exibuistis membra uestra & cæt.47.distinctione, omnes huius sæculi, &c. Et punire in se quod deliquit de peniten.distinctione prima, si peccatum de penitentijs distinctione tertia. Penitentia est, ecce quod glosa non dicit simpliciter, quod homo non debet ultra ieiunare, nec bona facere de necessitate sed de honestate tenetur, & si contemnit peccat mortaliter, pro contemptu, immo uidetur innuere, ut teneatur ieiunare & bona opera facere saltem de honestate, aliter contemnendo peccat mortaliter pro contemptu. Ad obiectum quod respectu incertitudinis remissionis culpæ indulgentiæ sunt incertæ & cæte. Respondetur quod indulgentiæ respectu concedentis semper sunt certæ modo recipiens sit capax indulgentiarum, aliter recipienti imputetur non concedenti.

Ad quintum in quo dicitur nulli datur gratia contritionis quin simul etiam dentur merita Christi. Allegatur illud euangelicum de filio prodigo, cui pater dixit oĩa mea tua sunt & Esaiæ.9.c. paruulus datus est nobis, & filius datus est nobis ad Roma. 8. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit &c. sed melius iuditio meo facerent ad dictum propositum Mar. uerba Christi ad Mariam Magdalenam remittuntur tibi peccata tua Lucæ.7. Respondetur quòd auctoritates prædictæ non concludunt nec inferunt, nec concludere, nec inferri possunt propositionem Mar. ueram esse, nec aliquem doctorẽ allegat qui hoc dicat quod proponit quod auctoritates predictæ non concludunt patet quia dictæ auctoritates extabant ante Christum & sic non erant merita Christi & sic dabatur gratia contritionis sine meritis Christi, nec obstat quod in euangelio dicatur quod pater dixit omnia mea tua sunt, omisit allegare Lucæ.15. ergo extabant merita Christi quia respondetur quod in euangelio prædicto narratur factũ præcedens, & sic illa uerba omnia mea tua sunt dicta erant ante aduentum Christi & sic non extabant merita Christi (ut præmissum est) Ideo negatur dicta propositio sic indistincte & simpliciter proposita quod uera sit nisi quo ad gratiam Dei consequendã. Nam si Mar. intelligit quod etiam merita Christi dentur in satisfactionem pœnæ tantũmodo cõtritis hoc est falsissimũ quia ad salutẽ animarum

consequendam

necessaria est sacramentalis penitentia, quæ habet tres comites uidelicet, confeßionem, contritionem, & satisfactionem. c. penitentia de peniten. distinctione secunda. Et adeo hæc tria sunt necessaria ut unum sine reliquis duobus non sufficeret, sicut & iuramentum habet tres comites ueritatem iuditium & iustitiam. c. animauertendum. 22. questione. 2. nisi esset tanta contritio & dolor de peccato quæ satisfacerent integraliter & plene pro commißis ut fuit in Maria Magdalenæ & sic debet intelligi quod ego supra allegaui Lucæ. 7. & Pau. ad Romanos 8. & Petro, qui fleuit amare abnegasse Christum Matth. 26. in fi. Lucæ. 22. Marci. 14. c. ponderet. c. consyderamus. c. fidelior. 50. distin. c. Petrus de penitentijs distinctione prima. Hoc etiam comprobatur in latrone, qui non tantum habuit contritionem de commißis sed etiam confessus fuit delicta sua dicens correo, neque tu times Deum, & nos quidem iuste & digna factis recipimus Lucæ uigesimotertio, sed hæc rarißima sunt & periculosißima exempla. Alioquin si diceremus merita Christi dari contritis in satisfactionem pænarum, Confessio & satisfactio superfluæ essent & sic destrueretur sacramentalis penitētia, nec ullum esset purgatoriū quod asserere absurdum & impiū esset & haereticū. q. prædicta tria necessaria sint ad salutem animarum tenet Archidiaconus in c. porro circa principiū de peni. distinctio. 1. questione sic inquit & not.

quòd confeßio est legittima coram sacerdote. s. haben te usum clauium quo ad illum qui ei confitetur peccatorum declarato, & dicitur confeßio quasi simul uel ex toto & undiq; faßio. Nam ille confitetur qui totum fatetur penitens peccata sua neceßario confiteri, & breuiter hæc tria contritio confeßio & satisfactio sunt in præcepto, Contritio præcipitur ut Iohel. 2. scindite corda uestra et infra eo. §. proximo. Confeßio in trenis. 2. effunde sicut aquam cor tuũ. i. peccata quæ latent in corde, item psal. Effundite coram illo corda uestra Iaco. c. ulti. Confitemini alterutrum peccata uestra, satisfactio in Mat. c. 3. & Lucæ. 3. facite dignos fructus penitentiæ. Item tria hæc præcipiuntur a domino cum dicitur Mat. 4. Penitẽtiam agite &c. Nomen enim penitentiæ complectitur hæc tria, ergo uidetur quod nõ est salus sine confeßione, quod uerum est ubi quis potest habere cui confiteatur alias secus secundum Rai. Sed non mirũ si Mar. dicit gratiam dici contritis simpliciter quia ipse tenet confeßionẽ auricularem (ut utar uerbis suis) non esse necessariam & sic spernit et contemnit. c. omnis utriusq; sexus de pe. & remis. inferens sufficere confeßionem mentalem ut seruant Iudei, cuius sententiam (Deo propitio) reprobare decreui tanquàm hæreticam & nephandißimam contrariã diuinis & humanis auctoritatibus. Præterea esto q̃ merita Christi dentur cum gratia contritionis, ut Mar. proponit debet hoc intelligi ut merita Christi

dentur secundum qualitatem et quantitatē contritionis iuxta illud cui plus dimittitur plus diliget Lucæ 7. Nec omnes contritiones sunt equales, ideo expedit ut pœna purgatorij suppleat in quo deficit plenaria contritio & merita Christi & sic non concludit dicta propositio Mar. nulli datur gratia contritionis quin simul etiam dentur merita Christi. Ergo non extat purgatorium. Insuper dicta uerba omnia mea tua sunt dicta fuerunt iusto qui semper seruiuit patri & mandatum nunquàm præterijt. Ergo secus in alijs qui prætererunt mandata a contrario. Iusti enim pauci sunt & fuerunt (ut prædictum est) maxime in uersi. ad tertium & quartum argumentum. immo ferè nulli comparatione eorum qui peccauerūt & trangreßi sunt mādata diuina iuxta illud, Nemo sine crimine uiuit. Et sic purgatoriū pro transgressoribus qui contriti deserunt necessarium fiat ne ad ignem æternum transmitterentur. Et indulgentias pius & misericors Deus inuenit quæ extrahi uoluit de thesauro ecclesiæ in arbitrio beati Petri apostoli distribuendo pro liberandis animabus a purgatorio ut patet ex his quæ dixi in libello de pon. potestate, uersic. aggrediamur itaq; & sequen. & supra in uers. diuini numinis ac beatiß. uirginis & sequē.

Ad sextum dictum in quo dicitur alioquin fœliciores essent in ecclesia Dei qui sunt peiores. Dictū enim est quòd indulgentiæ prosunt criminosis dūtaxat & his dabitur thesaurus meritorum Christi.

Pueris autem & uirginibus et innocentibus non dabitur, quibus maxime debetur. Respondetur quod thesaurus meritorum Christi omnibus prodest sed magis peccatoribus quàm iustis quia iusti non ita indigent præsidio meritorum Christi sicut peccatores, quia non est opus medico bene ualentibus sed male habentibus. Et Christus non uenit uocare iustos sed peccatores Mat. 9. Lucæ. 5. Mar. 2. 2. questio. 1. multi & Oseæ. 7. 23. q: 4. §. ex his & de peni. distinctio. 1. ecclesia in fi. uenit enim filius hominis querere & saluum facere quod perierat Lucæ. 19. Math. 18. Et maius gaudium erit in cœlo super uno peccatore penitentiam agente quã super nonagintanouem iustis qui non indigent penitentia Lucæ. 15. c. quia sanctitas circa me. 50. di. & ualde admiratus sum de Mar. qui prius dixit se negare extare thesaurũ ecclesiæ ex meritis Christi ut supra diximus in uersic. nunc transeamus ad merita Christi, & in hoc argumento & præcedenti præsupponit esse merita Christi. Sed nec mirandum quoniam quandoq; bonus dormitat Homerus. Extat ergo thesaurus in ecclesia Dei tam ex meritis Christi quam sanctorum ex quo papa dat indulgentias ut patet ex præmissis. Et is thesaurus ortum habuit in ueteri testamento. nam Leuitic. 25. c. Deus in monte Sinai Moysi dixit. sanctificabis annum quinquagesimum & dabis remißionem cunctis habitantibus in terra tua: Tunc enim est iubileus, & reuertetur homo ad pos-

sessionem suam & unusquisq; redeat ad familiam pristinam quia iubileus est & quinquagesimus annus de hoc etiam sit mentio .7. distinctio. in princi. & ibi glo. secunda in fi. dicit quòd ab hac constitutione cæpit Moyses iuditia sua ut originaliter diffusius legitur Exo. 21. & Archidia. super dicta glo. & d. Do. allegant. c. 25. Leui. & dicunt quòd erat annus iubileus in ueteri testamento quolibet quinquagesimo anno & tunc qui erat seruus efficiebatur liber & carcerati liberabantur ut diffusius scripsi in libello de ponti. potestate uersi. aggrediamur itaque & sequen. ubi retuli inter alios Ioann. de Ana. in tractatu de iubileo impresso post titulum de cri. fal. quibus scriptis addo Guiel. Duranti in libro diuinorum offi. de quinquagesima, qui sic inquit in quinquagesimo uero annorum erit annus iubileus qui quinquagesimus erat. Tunc enim erat septenarij celebritas, quòd septimana dies celebrabatur, scilicet sabbatum, & septima septimana, ut penthecostes. Septimus mensis, scilicet September & septimus annus, ut iubileus. In quo omnes serui liberabantur. Si uero aliquis esset, qui nollet liberari, sed remanere in seruitute domini sui, ducebatur ad postes tabernaculi, uel templi, & perforabatur eius auris cum fibula, quod erat signum seruicij, nec deinceps manumittebatur etiam si uellet dicta tamen glosa secunda in fi. dicit quòd erat seruus usque dum uiueret

uelusque ad annum iubilei. Item omnia quæ tellus ex granis eo anno procreabat omnibus erant communia, non enim colebatur illo anno. Omnia etiam debita illo anno remittebantur & possessiones alienatæ restituebantur, unde iubileus remittens uel initiãs interpretatur per quem recta penitentia figuratur per quam uera libertas tribuitur & a seruitute diaboli liberamur per eam etiam peccatorum debita remittuntur & hæreditas æterna atq; cœlestis mansiones restituuntur. quinquagesima ergo penitentia temporis & remissionis significat inde est quòd hoc tempore psal. Miserere mei Deus qui est quinquagesimus & est psal. penitentiæ & remissionis frequenter legitur & cantatur de diluuio. Nam sicut per diluuium mundus purgatus est malis hominibus ita ꝑ penitẽtiã purgatur microcosmus. i. minor mũdus. s. homo a uitijs & criminibus rursus quinquaginta dies in penitentijs dicimur ut in quinquaginta diebus a pasca usq; ad penthecostem quos in letitia sumus acturi non excedamur quin in die penthecostes spiritus sancti gratiam suscipere mereamur. fruitur enim quinquagesima in die paschæ quia penitentia ad nouitatem uitæ restringere facit de die sancto pẽthe. 4. colum. circa prin. sic inquit rursus in quinquagesimo anno erit iubileus annus qui interpretatur annus remissionis qui septenis annorum ebdomadibus. 50. 40. &. 60. annis texitur in quo clãgebãtur tubæ & omnia debita remittebantur & liber-

tas cõcessa confirmabatur antiquæ possessiones alienatæ omnibus restituebantur ut dictũ est sub dñica quinquagesimæ similiter in diebus penthe. hunc numerum post domini resurrectionem obseruamus suscipientes aduenientem in nos spiritus sancti gratiã per quem efficiamur filij Dei & uirtutum possessio nobis restituitur & remissa culpa & totius debiti chyrographo euacuato ab omni seruitutis nexu liberi efficiamur.75.di.hunc numerum. Præterea istæ numerus quinquagesimus resultat ex septenario numero ducto in se ipso superadita unitate, septem enim sunt ebdomadæ a pasca usq; ad penthecosten. Et ita cõputantur quinquagesimo die a pasca est pen.in quo datur spiritus sanctus cuius dona sunt septem quæ dantur ab uno. Iudei enim septenarium numerum nõ sine figura in omnibus obseruant pro ut dictum est sub quinquagesima. Ascensio autẽ fuit quadragesimo die qui est numerus penitentiæ, & hoc competens fuit, quia per penitentiam homo fit similis Deo & hoc est ascendere. & est sciendum q. Bonifatius octauus papa compilator, immo uerius auctor libri.6.in quadam sua extrauaganti quæ incipit antiquorum habet fida relatio de qua facit mentionem glo.in cle.2. in uerbo a pœna & culpa in fi.de pe. & remis. statuit & concessit omnibus reuerenter accedentibus ad basilicas beatorum Petri & Pauli in anno & quolibet centesimo anno subsecuturo non solum plenam & largiorem sed plenissimam omnium suorum pec-

catorum ueniam. Statumq; q̃ qui talem indulgentiã consequi uoluerunt si fuerunt Romani. 30. dies cum continuis uel interpollatis si peregrini. 15. ad dictas basilicas reuerenter accedãt subdens quod unusquisq; tanto plus merebitur & indulgentiam efficaciter consequitur qui ipsas basilicas frequẽtabit deuotius & iste fuit primus annus iubilei. Deinde superuenit Clemens sextus electus Auinione, & præmisso solẽni exordio attendens quòd in lege Mosaica quam non uenit Christus soluere, sed adimplere, ut ipse inquit Mat. 5. licet ipse locum non alleget iubileus remissionis & gaudij erat quinquagesimus annus ad clamorem populi Romani humiliter supplicãtis et per suos proprios nuntios dicentis aperi nobis domine thesaurum fontem aquæ uiuæ cõsiderans etiam quòd pauci propter uitæ hominis breuitatem ualeant ad annum centesimum peruenire prædictam indulgentiæ concessionem Bonifatij prædecessoris sui ad annum quinquagesimum reduxit. Statuens omnes Christi fideles qui in anno CCCL. & deinceps perpetuis futuris temporibus de quinquagesimo in quinquagesimum annum apostolorum Petri & Pauli basilicas & laterana ecclesiam deuote uisitauerint plenissimam omnium peccatorum suorũ ueniam consequãtur, & approbat numerum dierum & subdit q̃ illi iter arripiunt & legittime impediti illo anno ad urbem peruenire nõ possunt uel inuia uel Romæ numerum dierum non compleuerint decesserint eãdem

indulgentiam consequantur. Et is fuit secundus iubileus datus Auinione. 6. Klendas februarij an. primo Superuenit postea Gregorius. 11. qui existẽs Auinione addendo statuit q̃ illi qui prædictam indulgentiam dictis tẽporibus cõsequi uoluerint teneãtur et debeãt uisitare ecclesiam beatæ Mariæ maioris sicut ecclesiã beatorum apostolorum Petri & Pauli & ecclesiã lateranen. Et post mortẽ illius fuit tertius iubileus. MCCCC. Et tunc erat scisma in ecclesia Dei & Romæ tenebat sedem apostolicam Petrus de Camanellis uocatus in sua obedientia papa nonus Bonifatius, anno uero isto millesimo CCCCL. extat dominus noster Nicolaus Papa quintus qui præmisso solẽni exordio in quo inter alia dicit q̃ Deus omnipotens lapsu hominis uetustatem nunc diluuio nũc circuncisione, nunc legi, nunc alijs atq; alijs remedijs nouißime per incarnationem uerbi misterium in melius innouauit. in cuius aduentum illuminatum nonnulli successores Petri iubilei anni misterij ordinarunt, ordinant et approbant omnia prædicta & de uenerabiliũ fratrũ suorũ Cardinaliũ cõsilio et apostolicæ ptãtis plenitudine statuũt q̃ uisitantes oẽs p̃dictas quatuor ecclesias quibuscũq; ẽt grauißimis delictis obnoxios oĩum peccatorũ suorũ ueniã cõsequãtur, et subdit in fi. q̃ oẽs p̃parẽt dño corda sua & mores in melius reformare conentur a malefactis abstineãt dño p penitẽtiæ dolorẽ p humilitatẽ debitũ gemitũ p cõtritionẽ cordis sacrificium cooperãtibus

elemosinis & peregrinationibus reconciliantibus ut sanctorum templa uisitantes quorum millia uere innumerabilia una cum gloriosissimis apostolis Petro & Paulo in aliena urbe requiescunt per mortem Christi amore pro posse eius conspectui semper assistant intercessores habere mereantur. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno. MCCCCL. Et sciendũ quòd præfatus Nicolaus propter maximam multitudinem hominum Romam concurrentium multotiens abbreuiauit numerum dierum .15. distinguendo etiam ultramontanos a citramontanis. Aliquando reducendo tempus ad quinq; aliquando ad tres, aliquando ad duos dies & utebatur his uerbis concedimus plenariam remissionem omnium peccatorum et indulgentiam iubilei, & fuit dubitatum an illud uerbum indulgentiæ iubilei aliquid operaretur, quidam dicebant quòd sic q operabatur quo ad meritum & est sciendũ quòd licet quælibet oratio sit bona & cõueniat in anno iubilei dummodo habeat circũstantias de quibus per notabilem glo.in cle.1. in uerbo cõfessis de reli.& uene.san.porissime tamen conuenit oratio dominica de qua habetur in.c.id semper placuit de conse.di.5.Io.de Ana.omisit allegare Math. 6. & Lucæ.11.& in lib.diui.offi.de ratione seu collecta penult.colum.& Augusti.ad hæremi. sermones. 23. Conuenit etiam magis uidetur cõformis dictus psal. Quinquagesimus qui incipit miserere mei Deus qui uocatur psal.iubilei & remissionis ut dicit Caßio-

dorus de quo psal. habetur de pe.di .3. Dauid quoq; & ibi dicit beatus Hieronymus q. ostendit totam penitentiam, & sciendũ est q. in omnibus prædictis apostolicis concessionibus dicitur quòd prædictæ indulgentiæ dantur solum uere penitentibus et confessis. Circa quod est dicta not. glo. in uerbo confessis, quæ dicit quis est hic & laudabimus eum inferẽs paucos esse qui huiusmodi indulgentias consequantur, & ibidem. d. Car. post Zenze. dicit quòd qui uult cõsequi huiusmodi ĩdulgẽtias expedit ut peniteat. Quia nec Deus impenitenti parcere poßet, licet ad penitẽtiam posſit peccatorem illustrare facit. c. peccati ueniam de re. iur. in. 6. ubi glo. dicit quomodo gaudebis te fore contritum nisi primo doleas te fore peruersum & dicit ibi Car. q. credit illum fore contritũ qui anno præcedẽti fuit cõfessus & habet animũ confitẽdi anno sequenti uel statuto tẽpore a iure & sacris canonibus iux. d. c. oĩs utriusq; sexus de pe. et re. hæc sunt uerba Io. de Ana. in tractatu de iubileo. 3. & . 4. colum. cũ aliquibus de meis interpositis: Et addo quòd in iubileo dimittebatur seruitus in indulgentijs apostolicis dimittitur peccatũ qui enim facit peccatũ seruus est peccati Io. 8. & ad Ro. 6. in iubileo oĩa debita remittebãtur in indulgentijs prædictis omnia peccata dimittũtur iux. illud oẽ debitũ dimisit tibi Lucæ. 16. & dimitte nobis debita nostra. Mat. 6. Luc. 11. in iubileo possessiones alienatæ restituuntur in indulgentijs poßeßio animæ occupate a

diabolo propter peccatū restituitur in iubileo unusquisque redibat ad familiam suam in indulgentijs reditur ad patriam cœlestem a qua descendimus. Nō enim habemus hic permanentem sed futuram inquimus ad Hæbreos.13.& conuersatio nostra in cœlis est Ad Philip.3.in iubileo omnia erant cōmunia quæ illo anno tellus producebat in indulgentijs, indulgentiæ prædictæ sunt communes omnibus illas uolentibus. In iubileo seruus qui nolebat liberari sed remanere seruus ducebatur ad postes tabernacali, uel templi & perforabatur eius auris cum fibula nec deinceps manumittebatur in indulgentijs qui illas cōsequi non uult nec confiteri peccata sua iuxta cap. omnis utriusq; sexus de peniten. & remissio. remanet in seruitute diaboli propter perseuerantiam in peccato & caret sepultura ecclesia.d. c. omnis quæ omnia referre opere pretium existimaui ut Marti. Luther intelligat quid retroactis temporibus per Rom. pon. in concedendis indulgentijs obseruatum fuerit & quanti semper fuerint indulgentiæ maxime plenariæ apud populos Christianos & ecclesiæ thesaurus in quo consistat, & ad quem spectat illius dispensatio & quanto tempore apud Christi populum notus & cognitus fuerit tam in ueteri quam nouo testamento, quæ si illi nota fuissent proculdubio illa non spreuisset, sicut & gallus Esopi spreuit lapidem prætiosum in luto iacētem, nec dixisset. ego sine libera fronte confiteor, atque protestor me

non magnopere curare indulgentias quo ad remissionem pænarum in qua illi sola gloriantur &c. utq; de præmißis instructus amplius non sit incredulus sed fidelis & imitetur Thomam apostolum. Ioan.20.c. Petrum principem apostolorum qui abnegationem domini Dei sui fleuit amare ut supra dictum est. Et Niniuitas Ionæ.3. & Dauid regem qui condolens de adulterio per ipsum cum Bersabe commisso & homicidio Vriæ marito Bersabe perpetrato flens composuit psal. Miserere mei Deus, prædllegatum.2.Regum.c.11.& Archidia.in.c. totam de peniten.distinctione.3. in princi. & glo. in c.cum olim el.2.in uerbo Vriæ de offi.de leg. Magdalenam Lucæ.7. Paulum Actuum.9. Augustinum, & plures alios quos non ignoras, & Deus qui omnipotens qui est misericors & miserator .c.10. tui miserebitur. Et tibi occurret ut pater filio prodigo ad eum redeunti & te amplexabitur. Lucæ 15.& ego in domino gloriabor q̃ lucratus fuero fratrem meũ iuxta uerbum Christi Mat.18.&.c. nouit in prin.de iudi.quia summũ gaudium erit in cœlo de peccatore conuerso sicut de oue uagante & errante reperta & ad domũ super humeros pastoris reportata Lucæ.15. Mat.18.c. importuna de pe.di. 1.c.qui sãctitas circa me.50.di. alia multa de thesauro eccl'æ et de huiusmodi ĩdulgẽtijs ĩ libello de pon. pote.maxime in uers.aggrediamur itaq;, q̃ hic addi possunt ad perfectam de præmißis indulgentijs.

Circa tertiam conclusionem quæ est quòd Papa habet facultatē dispensandi et ex arbitrio distribuē di thesaurū ecclesiæ non expedit ulterius insistere cū hæc ueritas pateat liquido & affatim diuinis et humanis auctoritatibus ueteris & noui testamēti et sacrorum canonū ex his quæ abunde scripsi in libello de pon.potesta.maxime in uersiculo diuini numinis & beatissimæ semper uirginis,& in uersi.aggrediamur itaq; & supra in hoc libello per totum.

Vnum in calce huius libelli non omittam concernēs salutem Mar. Lutheri quod saltē septies singulis diebus mortaliter & grauiter peccauit et quottidie peccat & omnes alij eius peruersum dogma sequentes in sacris ordinibus constituti & beneficia ecclesiastica possidētes,quoniā si quottidie non dicūt diuinum officiū ab ecclesia institutū uidelicet septem horas canonicas matutinum,primam,tertiā, sextā, nonam,uesperas,& cōpletorium,peccat mortaliter ut tenet Inno.d.Abbas & omnes doc.in.c.1. 2. col. uers.nota ibi septies de cele.mis. qui dicunt dictum officium essē de iure diuino, contra quod , nec papa posit dispensare nisi iusta & rationabili causa subsistente.ego pro hoc dicto allego psal.118. ubi dicitur septies in die laudē dixi tibi & psal.118.ibi media nocte surgebā ad confitendū tibi & psal.62. in matutinis meditabor in te,si uero dicit dictum offitium totiens peccat,quotiens dicit horas canonicas maxime beatissimæ uirginis Mariæ tenendo opinionē suā

supra recitatam uidelicet quod in ecclesia Dei non sunt merita sanctorum quia blasphemat unum labijs dicendo & aliud corde tenẽdo, maxime dicẽdo præcibus & meritis beatæ Mariæ uirginis &c. & omnes sancti tui quæsumus domine nos ubiq; adiuuent ut dum eorũ merita recolimus &c. Et itẽ peccat celebrãdo missas maxime ubi dicit oratiões quæ faciunt mentionem de meritis sanctorum quorũ aliquas supra retuli in uersi. ex præmissis patet ratio cum constantissime se affirmet protestari & asserat se separatum esse pro hoc ignem subire iuxta illud ore suo benedicebant. corde autem suo maledicebant Ps. 61. & labijs populus hic me honorat, cor autẽ eorũ longe est a me Esa. 29. & Mat. 15. & qui unum ore dicit quod corde dissidet peccat mortaliter, ut est glo. not. in. c. humilitatis. 22. q. 2. Cor enim Deus interrogat non uerba nec manũ. c. si quid inuenisti. 24. q. 5. & scrutans corda & renes Deus Hiere. 17. c. tua in fi. de simo. & extant uersus.

Tolle caput cerui caput ouis uiscera serui,
Et offert ista Deo sicq; fueris eo. et alibi ad idẽ
Dimidium speræ speram cum principe Romæ.
Postulat a uobis totius conditor orbis.

Nec consyderat Deus quæ sunt sed quo animo fiant c. 1. 15. q. 6. unde glo. not. in. c. 1. in uerbo qualitas de collusi. dicit Deum nõ esse remuneratorem nominum sed aduerbiorũ. i. non remunerat quod fit sed quo animo fiat, non enim remunerauit Iudeos qui illum cru-

cifixerunt licet illius mors bona fuerit quia propter hoc redemit nos a pœnis inferni sed quia malo animo & per inuidiam fecerunt, unde Ni. de lyra Io.19. super uerbo non haberes potestatem aduersum me ullam dicit Iudam fuisse motum cupiditate & auaritia, Iudeos inuidia & rancore. Pilatum humano timore. Nec Deus iudicat quenquã ex operibus suis sed ex corde & animo ut tenet Hosti. in summa de iure iuran.§.quot comites uers.1. & glo.in.c. grauibus.3.q.7. ego ad hoc allego illud euangelicum. Non quod intrat per os coinquinat hominẽ sed quæ procedunt de corde Mat.15. & Mar.7. Itaq; bene faciet Martinus si cognoscens se ipsum, & errorem suum reuertatur ad dominum, qui miserebitur ei quia pius est & misericors est ad ignoscendum, ut supra dictum est.

Deo propitio scripsi quæ sentio de pontifitia potestate & thesauro ecclesiæ in detestationem errorum Martini Lutheri heresiarchæ & scismatici.
Rogo autem qui hæc legerit pro peccatore
Petro apud Deum intercedat ut eum
protegat seruet incolumem a lapsu cu
stodiat et ad uitam tandem per
ducat æternam ubi cum bea
tis æuo et suauißimo illo
thesauro fruatur
sempiterno:

AD SAN-

AD SANCTISSIMVM DOMINVM NOSTRVM CLEMENTEM VII. PON. MAX.

PETRI ALBINIANI TRETIJ iuris utriusq; doc. de Confessione epistola fœliciter incipit.



VONIAM uideo beatissime pater nostrorum temporum fœlicitas & gloria, ex breui apostolico mihi reddito sibi per gratum fuisse intelligere me tuæ beatitudine ita mandante libellos de pontifitia potestate ac thesauro ecclesiæ composuiße contra lutheranos errores pro defensione S. Sedis ac totius Christianæ religionis hocq; effectum est ut multa uti equo curréti quoddam calcar additum sit ad detestandum alium nefandum errorē lutheranū asserentem confeßionem auricularem (ut utar uerbis suis) non esse de iure diuino, sed de iure humano seu positiuo & satisfieri Deo & conscientiæ cuiusq; si quis soli Deo cōtrito corde Hæbreorum more & instar confiteatur. Ex quo iniquo pernitioso & nefando dogmate innumeræ penè animæ deceptæ maxime Germanorum, cuius est Martinus

ꝺecepte maxime Germanorum cuius est Martinus Luther ad tartara tractæ sũt cõtinue trahũtur quare pro mei exigui ingenij uiribus & doctrinæ tenuitate occurrere cupiens scripsi libellum de confeßione quam non tantum & summorũ pontificũ & summorum sacrorũ theologorũ sententijs quibus dixit Luther nõ credere sed diuinis & euangelicis auctoritatibus & dictis quibus uelit nolit credere tenetur comprobaui eße de iure diuino et à Deo institutam. Et omnes utriusq; sexus ad legittimã etatẽ discretionis peruenit de neceßitate salutis se teneri ad confitẽdum iuxta cõstitutionẽ innocentianã incipientẽ omnis utriusq; sexus de pe. & re. quẽ libellũ tuæ. S. dicaui exploratũ habẽs illã noctes traducere ĩ sõnes ut cũ ouibus suis & grege a Christo sibi credito ad uitam perueniat perpetuã & ut cũ beatis æuo fruatur sẽpiterno. Sperãs insuper si hæc mea scripta ad illas nationes seu gẽtes puenerint & eis innotuerint (Deo ꝓpitio) facillime ĩtelligẽt falso et prauo Luthero sermone seu dogmate se magnopere deceptas & sic ad pristinã uerã & catholicã semitã a qua declinauerũt reuersuras. Accipe igitur pater sancte hunc libellum meũ lucubratũ aĩo læto ac hylari uultu pro munusculo. t. s. oblatũ in ꝑpetuũ pignus & monumẽtũ fidei et pietatis ac seruitutis meæ in tuæ. s. quem redemptor noster Iesus Christus pro bono publico diu sospitem et incolumem seruet cui me quantum maxime ualeo, prono ore commendo.

AD SANCTISSIMVM DOMINVM NOSTRVM CLEMENTEM VII. PÓN. MAX.

PETRI ALBINIANI TRETIJ iuris utriusq; doc. de Confessione tractatus fœliciter incipit.



IVINO INVOCATO præsidio quàmuis apud summos & sacros theologos, & canonistas beatißime pater iandudũ fuerit uẽtilata questio utrũ cõfeßio sit de iure diuino an de iure positiuo: & adhuc sub iudice lis est ualde ardua sit ꝓpter auctoritatẽ tãtorũ doc. q de ea scripserũt, tamẽ (Deo ꝓpitio) ĩ hoc dicturus sũ noua ꝑ quæ liqdo ueritas elucescet scaturiet et ut sol fulgebit oĩbus pie et religiose uiuẽtibus. Aliquãdo.n. Deus abscõdit a sapiẽtibus & prudẽtibus quæ reuelat paruulis Mat. 11. & Lucæ.10.c.esto subiectus. 95. di.c. quia frustra.8.di.c.si habes & ibi glo.in uerbo senex in fi. 24.q.3.l.potioris.C.de offi.rec.& in prohemio insti.§.cumq;,& spiritus ubi uult spirat Ioan.3.2. ad Corin.3.c.nisi cum pridem.§.uerum de renun. Primum igitur dicendum uidetur q confeßio sit de iure

Initium auctoritatum principalis quæstionis.

positiuo, & hoc tenet glo. magistra & summæ au-ctoritatis de peni. di. 5. in summa quam refert & se-quitur. d. Ab. in. c. omnis utriusq; sexus. 5. col. uersi. extra glo. de pe. & re. quærens in primis ubi con-fessio fuit instituta & an sit de iure diuino an huma-no de quo dicit multas esse opiniones relatas per. d. glo. in summa & doc. super ea. quidam enim dicunt illam institutam in paradiso figuratiue cum Deus di-xit & indirecte compulit Adam ad confitendũ pec-catum suum, alij sub lege alij quòd in nouo testamen-to figuratiue dum Christus dixit. 10. leprosis ite & ostendite uos sacerdotibus, alij quòd auctoritate Ia-cobi apostoli. Confitemini (inquit) alterutrum pec-cata uestra &c. omisit allegare Iaco. c. ult. sed dicta glo. tenet quòd potius fuerit instituta ex quadam ge-nerali traditione ecclesiæ. unde Græci non peccant non utendo confessione confitentur enim soli Deo in secreto, quia apud eos non emanauit institutio. d. c. oĩs utriusq; sexus sicut in simili dicimus in cõtinẽtia. Nam non peccant eorum sacerdotes utendo matri-monio, quia continentia est de iure positiuo & ipsi non admiserũt dictam institutionem. c. nicena. 31. di. & . c. cum olim de cle. non coniu. Idem tenet Ni. de Lira. 4. sen. di. 17. in prin. dicens quòd nõ possumus inuenire præceptum quo quis teneatur ad confessio-nem nisi iuris naturalis & positiui & multum pla-cet. d. Ab. ista opinio, quia secundum eum, non est ali-qua auctoritas aperta quæ innuat Deũ seu Christũ

institutisse confeßionem faciendam sacerdoti hodie tamen cum sit generalis apud nos illa traditio peccaret latinus mortaliter non utendo confeßione. u. dist. in his & d. c. oïs unde dici potest q. hec sit cõis opinio. Dicitur. n. cõis quãdo unus doc. magnæ auctoritatis approbat opinionem alicuius glo. ut tenet singulariter Ia. But. in l. 1. C. qui pro sua iuris & Io. de Imo. in c. Abbas quod me. cau. constat autem. d. Ab. esse summæ auctoritatis ita ut illius scripta hac tempestate nostra habeãtur pro responsionibus Apollinis. Communis opinio.

Alia opinio est quòd confeßio sit de iure diuino, hanc opinionem tenet Archi. in c. porro de pe. di. 1. cuius uerba retuli in libello meo de thesauro ecclesiæ, uers. ad quintum & idem Archi. de pe. di. 5. super glo. summæ & Bar. bellin. in addi. ad. d. Abb. in c. omnis. 4. colum. uers. quo iure instituta fuerit confeßio dicens hoc tenere Angelicũ doctorem sanctum Thomam, 4. sen. di. 17. ar. 1. circa medium & in fi. & ar. 2. circa me. & di. 21. q. 3. ar. 1. ultra me. Idem reperio tenere acutißimi ingenij Io. Scotum ea. di. 17. 1. q. & subdit. S. Tho. similiter dicendum de penitentia quòd sit instituta de iure diuino, ita determinat. s. Tho. 4 sen. di. 22. q. 2. ar. 3. circa fi. Idem reperio tenuisse Ia. Zocchum Patauinum in præclara eleganti & copiosa sua repetitione. c. omnis utriusq; sexus in prin. qui dicit tria tempora esse in hoc considerãda. s. naturæ, figuræ, & gratiæ. hoc est ante legem tempore legis & post legem. i. tẽpore gratiæ, Alia opinio Bar. Bellẽ. S. Thomas. Io. Scotus. Iacobus Zocchus. Pulchra temporum distinctio.

propter quæ tempora tres missæ in die natalis domi ni celebrantur. c. nocte sancta de conse. di. 1. c. consuluisti de cele. mis. Nam saluator noster secundū dicta tua tempore nobis penitentiæ parauit medicinā & postea per effusionem sui sacratißimi sanguinis per crucis paßionē & mortem uoluit nos saluare. Antiquißima est illa medicina penitentiæ quæ appellari potest naturæ, seu mentalis quæ a primo parente incipiens in Moysem terminauit. unde Ambrosius in libro de penitentia, transumptiue in. c. Adam de pe. di. 1. Adam (inquit) post culpam suam statim Deus eijcit de paradiso ut ageret penitentiam. unde post Adam usq; ad Moysen homines rudes erant. Nec ullis sub legibus uiuebant, sed naturæ quodam claro lumine ducti uidebant se peccasse & tacita mēte secum coram Deo confitebantur, hoc quidem donum huius medicinæ a benigno creatore attributū q̃ rationis frueretur homine & se peccasse cum turpitudine uitij cum nobilitate fuerit natura hominis quæ partem angelica est; uiderent cognoscerunt & intelligerent. Ratione quidem naturæ sentit homo quid deceat, quid turpe sit quid ue honestum ut dicunt Theologi, & quidam Lauredanus Syco Polentanus ciuis Patauinus notabilis literatißimus in dicendi arte peritus in quodam suo notabili tractatu de confeßione cui applaudent iura nostra dicentia quòd in quacunque agibili naturæ huiusmodi datum est quid liceat secundum equitatem, quid deceat secundum

honestatem, quid expediat secundum utilitatem .c. magne in principio de uoto. Ego addo argu. in.c. aliud.11.questione prima, & .c.denique.4. distinctione unde Chayn qui secundum naturæ tempus fuit de fratricidio condemnatus Gene. 4. non doluit corde indurauit spe cum dixit. Nunquid sum custos fratris mei.Gene.4. & .c. serpens de peniten.distinctione prima & in.c.peccato uersic.Chayn, nec ratione naturæ cognouit quid expediens sibi esset unde noluit peccatum suum confiteri, sed potius mentiri & in profundum disperationis submersus ait maior est iniquitas mea quam ut ueniam merear. d. c. peccato. exijt Chayn a facie Dei & habitauit in terra Naym. sic etiam a facie Dei fugit Adam qui doluit de peccato, & uidit se indignum facie conspectu Dei Genesis tertio de penitentijs distinctione prima cap. ecce uenit interrogatus a Deo quare fugit. Dixit audiui uocem tuam timui & abscondi me quia nudus eram. Exijt ergo a facie Dei, quia propter peccatum erat indignus conspectu Dei. Sancti enim manducant & bibunt in conspectu Dei dicto cap. Ecce uidit tamen Adam ratione naturæ, quid deceret quid ue turpe fecit. Cogitauit etiam maiorem esse misericordiam Dei creatoris, quàm inobedientiam reati existimauit. Cuius contrarium mentitus est Chayn. Dicunt quidam quòd Adam & Eua sunt confeßi ore dicto capitu. serpens

Nota quæ faciunt hominem uoti sui cõpotẽ.

& Gene.3.ibi sed nunc confessa est peccatum. Dicit *tamen ibi glo.in uerbo mulier quòd tunc non peccauit, sed peccatum retorquet c.1. & serpētem, & serpens in actorem .s Deum & Adam dixit. Sotia quā dedisti mihi fecit me peccare sed dic quòd Adam & Eua ingemuerunt post culpam de paradiso eiecti ut agerent penitentiam. Separatus a delicijs tunica pelicia indutus est Gene.3. transumptiue de pe di.2. c. Adam.* Tempore igitur *naturæ intrinsecus animi & cordis dolor q̃ Deum offendisset culpam remittebat & damnationem perpetuam euitabat non tamen tunc perueniebatur ad regnum cœlorum quòd usq; ad mortem Christi fuit omnibus obseratum c. maiores de bap.uers.cum uero circuncisio & sic illo tempore criminis ueniam sine confessione & sacerdotali offitio poterit promereri.* Tempore autem *figuræ modus fuit secundus confitēdi, qui usq; ad aduentum Christi durauit, hunc figuratiuum appellant quia quæ illis temporibus eueniebant, erant figura de Christo qui multos ad annos fuit postea præfiguratum, hoc ego comprobo per dictum* Apostoli.1.ad Corin.10.*Hæc autem (inquit) omnia in figura cōtingebant illis, hunc modum secundum reperio quēdam ritum prioris naturæ secutum, quēdā posterioris gratiæ tempore cōformatum. Nā propheta* David *psal.50.incipiente, Miserere mei Deus tempore legis figuræ, dixit. Sacrifitium Deo spiritus contribulatus & cor contritum & humiliatum Deus nō*

Tempus naturæ.

Tempus figuræ.

despicies. Item dixit, Confitebor aduersum me iniustitiam meam domino & tu remisisti impietatē peccati mei, omisit allegare psal. 31. quod exponit Augustinus. Magna inquit pietas est domini ut ad solam professionem .i. uoluntatem confitendi & sic per solā cordis contritionem peccatum dimiserit nundū pronuntiatum ore. Tamen Deus audit in corde hæc sūt uerba ad literam de peni. di. 1. in prin. §. sacrificium, Surgat Ezechiæ auctoritas. 33. c. in quacunq; hora (inquit) conuersus ingemuerit peccator uita uiuet & non morietur, & idem. 18. in quacunq; hora cōuersus fuerit & ingemuerit peccator omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. c. ponderet 1. colum. 50. distin. & de pe. di. 7. circa fi. Scindite corda uestra & non uestimenta uestra in. c. hoc idem transumptiue in. c. scindite de peni. di. 1. & Iohel. 1. Zachar. 1. Conuertimini ad me in toto corde uestro & ego conuertar ad uos transumptiue in. c. conuertimini ad me de pe. di. 1. & 16. q. 1. reuertimini. Hæ diuinæ auctoritates conueniunt prioris naturæ institutioni posteriori uero tempore. s. gratiæ conuenit Leui. 13. & 14. c. ubi Moysi præcepit Deus q lepra i. peccatum uel macula siue in cute siue in domo siue in ueste, siue in crine apparent. in cute. i. in operatione in domo. i. in conscientia. in ueste. i. in uirtutibus, quæ sunt uestes animæ. in crine. i. in Christo qui est caput nostrum sacerdoti ostenderet & iuxta eius arbitrium separata illius iuditio uel contaminaretur

Augustinus

Ezechias.

Optima figura mistica

uel mondaretur Saul autem regum.1.16.c. cũ a spiritu maligno uexaretur quia aderat David non poterat ad sanæ mentis offitium redire nisi prius David psalterium.i. illud instrumentum arriperet, & coram eo psaleret & ita ab eius uexatione diabolus recederet, in quo mistice notandum quòd quicunque a Diabolo per peccatum mancipatur, ab eius dominio non eripitur nisi prius David .i. ecclesia psalterium accipiat & coram Deo psalat.i. spiritualis gratiæ participem faciat.i. charitatis ecclesiasticæ quam quis participat digne penitendo. David quoq; .2. Regum.11. & c.12. cum adulterium comisisset cum Bersabe & homicidium in Vriam, non ante audiuit a propheta Nathan transtulit dominus peccatum tuum antequàm confiteretur ore. Prius enim prophetæ arguenti peccatum confessus est. postea audiuit prophetam dicentem transtulit dominus peccatum tuum a te hæc omnia leguntur transumptiue de peniten.distin.1.§.ex his sub.§. deniq; in uers. Saul. Hoc ergo tempore figuræ siue legis tempore aliquando solam cordis contritionem sufficisse, quandoq; cordis contritionem & oris confessionem sacerdotibus adhibuisse ut supra legimus quoniã reperio satisfactum fuisse pro delictis in actione penitentiæ iuxta illud Achab.7. Achab quoq; cum de innocẽtijs sanguinis effusione sententiam comminantis Dei audiret.3. Regum.21.c. induit se ipsum cilitio satisfaciens Deo per penitentiam interiorem & exteriorem. Vnde

David.

Mistica figura.

David.

Achab.

dominus ait ad Heliam quoniam Achab reueritus est faciem meam. Non inducam malum in diebus eius. Niniuitæ cũ audirẽt adhuc quadragesima dies & Niniue subuertetur ex edicto regis & principum penitentiam egerunt. Dicentes quis scit si conuertatur & uiuat & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem Ionæ.8. hac humilitatis satisfactione imminentem subuersionem euadere meruerunt. hæc habentur sub paragr. denique uersiculo Achab, quorum exemplis ostenditur ut nullus à Deo consequitur ueniam nisi primum satisfecerit sibi per penitentiam Nabuchodosorquoq; propter superbiam suam a rationabili mente in bestialem animum commutatus est atq; a regno suo profugus recedens non ante regnum recepit quàm conuersus dominum prædicauit Daniel.3.&.4.c. Deniq; plebs Israelitica ob culpam suæ transgreßionis captiuitati tradita non ante liberari meruit, quàm sua peccata confitens Danielis & aliorum sanctorum precibus ueniam accepit Danielis quarto, Hieremiæ secundo.c. iudicum.II. & transumptiue in dicto. 5. Denique uersiculo Nabuchodonosor. Tertium tempus est tempus gratiæ in aduentu domini qui noster est Deus & dominus Iesus Christus, q̃pre auctore ipso hæc ista est qua in p̃sentiarũ utimur instituta cõfeßio ut homines omnia quæ egerint peccata rite sacerdotibus cõfiteantur sua et peccati mondaretur labe atque duce Dei misericordia ostendant

Niniuitæ.

Tẽpus gratiæ.

ad cœlos & quam desiderat uitam consequantur æternam. Secundus hic est modus ab ipso domino apostolis traditus dicente ex ore Iacobi apostoli.c. uult transumptiue in.c.confitemini alterutrum peccata uestra. Monet quoq; Christus peccatorẽ ut sua reata confiteatur sacerdoti, inquit enim ad leprosum qui peccati tenebatur lepra Io.5.transumptiue in.c. cum infirmitas de pe.& re.uade & ostende te sacerdotibus & offeras munus quod præcepit Moyses in testimonium illis Lucæ.17.c.& Mat.8.in.c.reuertimini uers.unde datur intelligi de pe.di.1. & habeatur Mat.3.& Mar.1.Quod uenientes ad Ioan. ut ab eo baptizarentur primum prædicabat baptismũ penitentiæ & confitebantur peccata sua, ostendens quòd quisq; debet peccata sua damnãdo confiteri quĩ in nouationem melioris uitæ suæ regenerationis gratiam desiderat accipere transumptiue de pe.distin.1. c.peccato alias est uers.in euangelio.Commonere ergo nos facit Christus ut de peccatis nostris ore proprio & uoce confiteamur absolutionem petamus & penitentiam pro peccatis agamus.Christus nanq; legitur alias suscitasse mortuos Lucæ.7. Matth.9. Mar.5.& Io.11.& alios a lepra mondasse Lucæ 5.&.17.Mat.8,& Mar.1. alios illuminasse Io. 9.aliorum membra paralisi dissoluta consolidasse Omnium tamen petentium sanitatem propria uoce uel amicorum legitur præcessisse rogantem & preces. Luca enim referrente in.4.&.7.c.didicimus

quòd pro ſocru Petri prius dominus rogatus eſt quã eam ſanam redderet. Multa de his leguntur exempla de pe.di.1.§.peccato alias eſt in euangelio. Poſt igitur aduentum Chriſti facile demonſtratur ſine confeßione oris & operis ſatisfactione nullum poſſe ueniam promereri hinc eſt quod dicit ſanctus Leo papa ſufficit penitenti confeßio quæ primum domino Deo offertur. Deinde ſacerdoti qui pro delicti penitentis præcator accedat de peni.di.1.c.ſufficit. Et Auguſtinus in ſermone de penitentia non ſufficit mores in melius commutare, & a præteritis malis recedere, niſi etiam de his quæ facta ſunt ſatisfaciat domino per penitentiæ dolorem & humilitatis gemitum per contritionem cordis ſacrifitium operãtibus elemoſinis & ieiunijs tranſumptiue in.c.non ſufficit de pe.di.1.Poteſtatẽ hanc abſoluendi tradidit dominus ſacerdotibus ut ſupra in multis patuit auctoritatibus.unde Hieronymus in Malachia. quis ſanctus ſacerdos eſt & comedat in paſca dominũ Baltheo accingatur .i.linteo caſtitatis & audiat cum Apoſtolis. Sint lumbi ueſtri præcincti & lucernæ ardentes in manibus ueſtris tranſumptiue in.c. quis ſanctis de pe.di.1. & ego allego originaliter Lucæ 12.Et dixit dominus apoſtolo Petro prius quàm in cruce pateretur tibi dabo claues regni cœlorum & quodcunq; ligaueris ut in euangelio debuit allegare Mat.16.tranſumptiue in.c. quodcunq;. 24.q.1. & alijs apoſtolis talis poteſtas tradita eſt a domino

Mat.18. & Io.ulti. transumptiue in. c. noua de pe. & re. & dicitur in Mattheo & Io. in plurali dico uobis quæcunq; ligaueritis super terram erunt ligata & in cœlis &c. & Io. ultimo accipite (inquit) spiritum sanctum quorum remiseritis peccata &c. Idem postquàm surrexit dominus iteratum est cum insufflauit spiritum sanctum in discipulos, & maxime in Petrum. hæc uerba sunt Iaco. Zocchi in repetitione dicti .c. omnis utriusq; sexus in prin.

Ex quibus inferre & cõcludere uidetur cõfessionem fuisse de iure diuino institutam, & sic contra opinionem .d. glo. in summa de peniten. distin 5. & .d. Ab in .d. c. omnis. nec est uerisimile Io. glosatorem decretorum ignorasse auctoritates allegatas per Iaco. Zocchum cum ipsas glosauerit & sic familiares habuerit & tamen aliter senserit quàm Iacobus Zocchus. Quare hanc uarietatem opinionum, tacitus ego considerans sicut Israel somnia Ioseph filij sui Gene. 36. dixi mihi ipsi audiam quid loquatur in me dominus Deus quoniam loquatur pacem in plebem suam psal. 84. unde mihi succurrunt aliæ diuinæ auctoritates comprobantes opinionem Ia. Zocchi quam ueritatem teneo & in primis comprobo auctoritate Esaiæ. 43. c. in fi. Narra (inquit) si quid habes ut iustificeris transumptiue de peniten. distin. 1. & ecce nunc tempus acceptabile & Iosue. 7. c. Iosue dixit ad Achor. qui furatus fuerat de Anathema. Ierico regulam auream fili da gloriam do-

Opinio auctoritas.

1. auctoritas.

2. auctoritas.

mino Deo Israel, & confitere atque indica mihi quid feceris ne abscondas, & in ipsa auctoritate etiam tangitur de confeßione cordis & contritione ibi da gloriam domino Deo Israel & confitere transumptiue in.c. non poteſt de pœniten. diſtinctione prima, & ibi Archidia. ſubdit, item eſt confeßio cordis in oratione gratiarum actione de qua in pſalmo præoccupemus faciem eius in confeßione, & alibi confitebor tibi in toto corde meo omiſit allegare pſalm. 110. Succurrit etiam mihi dictum Matthei. 3. & Marci primo, ibi & baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata ſua. Succurrit quoque quod claues regni cœlorum ligandi & ſoluendi traditæ Petro per illa uerba, Paſce oues meas Ioannis. 21. & ut diffuſius in libello meo a me edito de pontifitia poteſtate uerſiculo primo quòd papa fruſtra eſſent traditæ & ludibrio datæ Petro, ut dicit gloſa notabilis in. c. agite pænitentiam de pæniten. diſtinctione prima. cum nihil operarentur quòd fateri ſummæ dementiæ eſt, cum uerba debeant ſemper aliquid operari. C. de theſau. l. prima libro. 11. ff. ad muni. l. prima. ff. de lega. 1. l. ſi quando. ff. de uſu & habi. l. diuus. c. in his de priuile. c. ſi papa eo. titulo in. 6. & Bal. in rubrica de contrahen. emptio. dicit omne minimum uerbū poſitū in cōtractu cēſetur poſitū cū miniſterio quod dictum refert & ſequitur pceptor meus in canonibus Alex. Ne. in. c. paſtoralis prima columna de

NOT. PER PETVO.



3. auctoritas
4. auctoritas.

Verba ſemper debent aliquid operari.

ap. & præceptor meus in legibus Alex. Imo. consilio.118. incipiente in casu quo quæritur.3. colum. in princi. uersi.3. probatur.5. uol. & semper curandū est ut res potius ualeat quam pereat. c. Abbate. sane de uerb. signi c. inter dilectos in fi. de fi. instrumētorum & si hæc in profanis multo magis in diuinis, unde dicitur cœlum & terra transibunt & uerba mea non præteribunt Lucæ.21. & Mat.24. & quæ de labijs meis procedunt nō faciam irrita psal. 88. & facilius cœlum & terram præterire quam de lege unum apicē cadere Luc.16. & iota aut unus apex non præteribit a lege donec omnia fiant Mat. .5. ex his auctoritatibus ortum est illud tritum dictum Deus & natura nihil agunt frustra ar. c.2. de probat. Claues autē prædictæ necessariæ sunt quia nullus sine crimine uiuit inquit Cato & si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus & ueritas in nobis non est Io. epistola prima. §. quod autem de pe. di.3. & de pe. di.2. c. si enim. 2. columna. Immo nec infans unus diei est sine peccato ut dicit Augustinus ad hæremitas sermone.28. &. 46. c. Si enim de pe. di.2. colum. & Hieronymus contra Iouinianum dicit omnis creatura sub uitio est nō quod omnis peccauerit sed quia nulla est quæ peccare non poßit. Posse autem peccare ut Augu. ait non est aliquid posse, immo aliquid nō posse. unde ille solus uocatur omnipotens qui hoc non potest qui omnia potest, quia posse est aliquid posse peccare est aliquid

non posse

non posse: unde dicitur & sine ipso qui creauit cœlum & terram factum est nihil. i. peccatum Io. c. 1. sicut ergo quæ mutabilitatem nescit omnis creatura uitiosa dicitur, quia mutabilitatis est capax iuxta illud non iustificabitur in conspectu omnis uiuens omisit allegare psal. 142. Et astra non sunt munda in conspectu eius sic comparatione eius creaturæ quæ incitationē non recipit omnis creatura quā percunctatur non uera sed uana esse probatur unde omnis homo mendax esse dicitur & uanitati similis factus hinc etiam ecclesiastes cuncta quæ sub sole sunt quæ tempus uicissitudinem recipiunt non tantum modo uanitas sed omni creaturæ ratione mutabilitatis inest sed etiam uanitas uanitatum uarietate permutationis quantū recipiant esse dicuntur. hæc habentur de pe. di. 2. in fi. §. charitas uas quoq; electionis Pau. 1. ad Corin. 4. dicit nihil mihi conscius sum sed in hoc iustificatus non sum, & Augustinus ad heremitas sermone. 46. 3. & 6. colum. dicit. Nemo potest gloriari castum uel mundū habere cor de pe. di. 2. c. si enim. 2. colum. Claues ergo sunt diuinitus datæ quia omnino necessariæ sunt ad saluandas animas Mat. 18. & Io. 10. & non operantur nisi requirātur ab illas habentibus petite (inquit Christus) & accipietis quærite & inuenietis pulsate & aperietur uobis &c. Lucæ. 11. usq; modo nō petistis quicquā Io. 16. Non ergo clauis operabitur nisi præmissa requisitione per confessionem. Insuper ad quid

Ecclesiastes

Nemo pōt gloriari habere castum habere cor & mundū.

a Christo esset data potestas ligandi & soluendi sacerdotibus si necessaria non fuisset ad salutem animarum. Nam fatuum esset intelligere dictam potestatem ligandi & soluendi datam fuisse pro ligandis lignis aut alijs rebus inanimatis aut pro animalibus & brutis quia non conueniret sacerdotibus huiusmodi exercitia, nec in cœlo huiusmodi ligamina ad solutiones admitterentur nec ibi conueniunt, & sic nō esset satisfactū uerbis euāgelij, Erūt ligata & soluta & ī cœlo. Expedit ergo ut dicta uerba ligata et soluta erunt & in cœlo intelligātur de aīabus hominū ꝓpter quas Deus factus est homo & mortē passus ut in Simbolo ecclesiastico & Io.1. & missus est ad oues quæ perierant domus Israel Mat.15. & ipse saluum faciet. Immo fecit populum suum a peccatis eorum Mat.1.c. ligamina autē & solutionis huiusmodi præsupponunt peccata hominum quæ non possunt operari nisi per sacerdotibus q̃bus data est administratio per dicta uerba quæcunq; alligaueritis super terrā &c. Mat.18. &.c. quodcūq; in prin. 24. questio.1. Administratio autem prædicta non fit nisi detecto reatu seu peccato habenti dictam facultatem administrandi, siue ligandi & soluendi iuxta illud Boetij de consolatione si medicamen (inquit) expectas necesse est ut uulnus detegas. quod dictum refert gl.in.§. cū ergo in prin. de pe. di.1. & sanctus Tho. in.4. sentētiarū di.17. ar.1. in prin. & Grego. in.

5. Auctoritas. Probator etiā alia auctoritate euangelica. Nam

Christus respondens Petro interroganti. Si peccauerit in me frater meus dimittã ei usq; ad septies. Respondit nõ dico tibi usq; ad septies sed usq; ad septuagies septies Mat. 18. Lucæ. 17.c. quẽadmodũ in fi. de iure iur. c. septies de pe. di. 3. Ecce q̃ dicit Petrus si peccauerit, et sic loquitur de peccato. Et Christus respondit q̃ Petrus dimittat peccatũ usq; ad septuagies septies. Dimitti autem non potest quod non est, quia dimißio præsupponit actum sicut priuatio præsupponit habitũ. l. 10. ff. uer. ob. c. ad dissoluendum de despon. imp. Necesse est ergo q̃ aliquid sit quod dimittatur uidelicet debitum. i. peccatũ ut in oratione dñica. Dimitte nobis debita nostra. Et illud euãgeliũ Mat. 6. & Luc. 11. serue nequã oẽ debitũ dimisi tibi Mat. 18. c. 2. de pe. di. 4. Dimitti aũt nõ põt nisi cõfiteaт et rogeт sacerdos debitũ. i. peccatũ dimittat ut in. d. euãgelio, q̃a rogasti me ut dimitterẽ nisi cõfeßũ fuerit et sciat q̃d petitũ fuerit ut dimittaт, quia (ĩq̃t) papa licet locũ Dei teneamus ĩ terris nõ tñ de ocultis potuimus diuinare. c. 1. circa me. ut ecclẽbẽs. Sicut et Petrus q̃ licet eẽt spiritus dei plenus tñ nõ potuit secreta diuini cõsilij agnoscere. 22. q. 2 c. Beatus et gl. ĩ. c. ulti. ĩ fi. de homi. Nec teneт q̃s diuinare ff. mã. l. fideiussor. §. si cũ debitor. ff. ad. l. aq̃l. l. si putator et gl. ĩ. d. c. 1. in uerbũ diuinare. Probatur quoq; ẽ alia auctoritate euãgelica. Nã cũ Xp̃s curasſ. 10. leprosis illis dixit. Ite & ostẽdite uos sacerdotibus. u. 17. §. hĩc ẽt in pri. et, c. quẽ penitet, 2. col. circa me.

Papa licet teneat locũ Dei ĩ terris tamen non tenetur diuinare.

de peni.di.1.& c.1.de pe.di.6. Nam Christus noluit eos mundare nisi sub quadam conditione uidelicet q. irent ad sacerdotes unde dixit imperando. Ite & ostendite uos sacerdotibus tanquàm competentibus medicis ad lepram. i. peccatum sanandam per leprã enim figuratur peccato uel peccatum figuratur assimiliatur lepræ. c. per uenerabilem circa fi. qui fi. sint legit. cum concor. ibi allegatis quod etiam attestatur Ni. de lyra Mat. 8. in prin. in uerbo uade ostende te sacerdoti, qui dicit quòd per hæc figuratur peccator, qui licet sit mondatus a lepra peccati per contritionem tamẽ adhuc tenetur se ostendere sacerdoti per confessionem. De hoc leproso habet Lucæ. 5. trã sumptiue in. c. dominus noster. 93. di. & Augustinus ad hæremitas sermone. 31. 1. colum. dicit nec soli Deo sufficit confiteri sed alterutrum peccata nostra confiteri debemus. Nam si confessio non fuisset necessaria quo ad intẽtum diuinæ dispositionis hoc est ad salutem hominis. Christus non dixisset leproso & leprosis. Ite & ostendite uos sacerdotibus sed ipse curasset absq; alia remissione ad sacerdotes.

Peccatũ appellatur lepra.

7. Auctoritas.

Alia etiam euãgelica auctoritate. Nam Christus cum suscitasset Lazarum quatriduanum à mortuis dixit discipulis suis. Soluite eum uos & sinite abire Io. 11. c. à nobis. 2. de sen. exco. & d. c. quem penitet. Dubium enim non est quòd si uoluisset Christus soluere Lazarum potuisset quia si illum suscitauit à mortuis quod est maius potuisset etiam soluere quod

est minus ar.cle.si dñm in prin.de re.et ue.san.Itē si nō potuisset soluere nō fuisset omnipotens & sic nō fuisset Deus,quia Deus omnia potest. d. §. charitas de pe.di.2.cum uulgaribus præallegatis,& si angelus domini soluit Petrum uinctum duabus cathenis ferreis custoditum quatuor quaternionibus militum & dormientem inter duos milites & illesum abire fecit Actuum.12.multo magis ipse Christus potuisset soluere Lazarum non uictum cathenis ferreis nec custoditum a tot militibus sed consutū linteo cū filo paruo acu,si uoluisset,sed noluit ut deferret sacerdotibus (ut præmissum est) at quod magis est subdit Christus sinite abire inferens peccatorem esse subiectum sacerdoti antequàm absoluatur à suis peccatis, quia qui facit peccatum seruus est peccati Io.c.8. ad Roma.c. 6.ideo subiectus sacerdoti quia ad eum spectat absolutio a peccato. c.absit.11.q.3. c. omnis &.c.noua de pe.& re. Vrgens argumentum.

Alia etiam euangelica auctoritate probatur. Nā Christus inquit penitentia agite Mat.3.in prin. et Mar.c.1. pænitentiam autem præsupponit præcedentem confeßionem,unde Augustinus de pænitentia loquens sic inquit. Agite pænitentiam qualis agitur in ecclesia ut oret pro uobis ecclesia nemo sibi dicit, oculte ago apud Deū ago nouit Deus qui mihi ignoscit quæ in corde ago,ergo sine causa dictum est quæ solueris in terra soluta erunt & in cœlo. Ergo sine causa claues datæ sunt ecclesiæ Dei,frustramus euā- 8. Auctoritas. Aurea uerba Augustini.

gelium Dei frustramus uerbum Christi promittendū uobis, quod ille negat. Nonne uos decipimus. c. agite de pe. di. 1. & 10. os aurum perfecta pænitentia cogit peccatorem omnia libenter sufficere. In corde. n. contritio in ore confeßio in tempore tota humilitas hæc est fructifera pænitentia. c. perfecta de pe. di. 1. Idem Io. non potest quis gratiam Dei cælestis accipere nisi purgatus fuerit ab omni sorde peccati per pænitentiam confeßionem per donum baptismi saluatoris. c. non potest ea. di. 1. Et Inno. neminem putes ab errore ad ueritatem a quocunq; seu magno seu paruo peccato ad correctionem sine pænitentia posse transire ea. di. 1. c. neminem. Comprobatur hoc de quo agimus per glo. not. in. d. c. Agite in uerbo claues quæ notabiliter dicit si sine arbitrio sacerdotis pænitentia ageretur frustra claues sacerdotibus eßet datæ & alia glo. in. d. c. Agite in uerbo euangelium dicit est ergo præceptum euangelij penitentiam agite Mat. 3. Ponderanda etiam uerba Christi dicta lepro sis. 10. curatis uidelicet. Ite & ostendite uos sacerdotibus, & uerba dicta apostolis, Soluite enim uos & finite abire Ioan. 11. & leproso, uade & ostende te sacerdoti Matth. 8. & Lucæ. 5. & . c. dominus noster. 93. distinctione, & agite pænitentiam Matthei. 3. de quibus supra. Nam sunt uerba imperatiui modi importantia neceßitatem in confitēte & in confitente clemen. exiui de paradiso quarta columna uersiculo. Item quia præter ea de uer-

Nota uerbū

Imperatiuus modus importat neceßitatem.

borum significatio. capitu. in his uersiculo. Item secundum Gregorium eodem titulo, & dominus Abbas in. c. magnæ. 4. not. de uoto & Alexander Neus in. c. nam concupiscentiam. 7. columna in fi. de constitu. Per quæ patet de necessitate salutis confessionem inductam tamē in audiente quanquàm in confitente iuribus præallegatis, & Salomon dicit, qui abscondit scelera uel peccata non uidebit lumen in æternum, & Archidiaconus in dicto capit. agite. Attende inquit peccatrix anima quòd non solum Deus sed tota cœlestis curia cum ipso domino tam pie tam dulciter te hortantur ad pænitentiam dicentes reuertere, reuertere & cæte. Nota quare quater dicunt reuertege propter quatuor genera peccatorum. Dicunt ergo. c. sunamitis primo, ò anima captiua quam, scilicet diabolus propter delitias huius mundi captiuam trahit ad inferos reuertere a peccato prauæ cogitationis reuertere a peccato locutionis, reuertere a peccato operationis, reuertere a peccato prauæ consuetudinis. Item reuertere per cordis contritionem reuertere per oris confessionem, reuertere per operis satisfactionem reuertere per bonæ uitæ continuationem. Quoniam qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit Matthei decimo, ut intueatur te primo, ut sic possimus uidere in te imaginem & similitudinem Dei quam feruenti desiderio optamus secundum Ray.

Quatuor genera peccatorum.

Ratio naturalis quare confessio fit et facienda sit sacerdoti.

Hæc præmissa cõprobantur ratione seu lege naturali. Nam ante aduentum Christi sola diuinitas quæ est spiritus Io. 4. ex trãsgreßione legis Mosaicæ uel ueteris offendebatur ideo sola mentalis seu cordis confeßio sufficiebat auctoritatibus supra in prin. allegatis. Immo etiam uerbalis et oris erat neceßaria ut constat multis diuinis auctoritatibus supra allegatis in uers. alia opinio est sed post incarnationem domini nostri Iesu Christi offenditur diuinitas & humanitas Christi ex trangreßione euangelica seu legis nouæ. Ideo requiritur contritio cordis & oris confeßio ut satisfiat diuinitati & humanitati Christi. Nam translato sacerdotio etiam cum eo trãslata est lex. Ad Hæbreos. 7. c. translato de consti. receßerunt ergo uetera & facta sunt noua omnia ut diffusius dixi in libello de potestate pontifitia uersi. præmitto etiam quòd potestas offenditur ergo ex transgreßione diuinitas & humanitas saluatoris ut prædixit non immerito uoluit saluator ut confeßio fiat sacerdoti qui participat de utroq; diuinitate ꝑpter sacros ordines sibi collatos, unde dicitur sacerdos diuinus, ut est glo. not. in. c. si iudex in uerbo spirituali de sen. exco. in. 6. & estis lux mundi Mat. 5. & dij estis. c. sacerdotibus. 11. q. 1. et dijs non detrahes Exo. 22. in fi. & Malachiæ. c. 2. & Io. 10. De humanitate quia homo est cui sacerdoti Christus dedit facultatem ligandi & soluendi ut præmißũ est, ut per confeßionẽ ei factam eius diuinitati & humanitati sa-

tisficeret. Et hoc tenet Archi. in. c. perfecta circa me. de pe. di. 3. qui dixit quòd hodie peccamus cõtra Deũ hominem. Ideo confiteri debemus non tantũ Deo sed etiam homini loco ipsius Dei unde dicit Pe. Credere quòd si facultas adest illud Iacobi est in præcepto necessitatis. s. confitemini alterutrum peccata sed cũ facultas & occasio non datur tunc sufficit sola cordis contritio ar. in. c. duæ. 45. di. & c. cum sicut de eo qui mit. in poss. Addo prædictis Rodulphũ Cartusien. in meditationibus uitæ Christi. c. 20. 1. colu. qui dicit quædam est confessio uocalis quæ fit homini, & hoc non est de iure naturali. Igitur ante incarnationem Christi sufficiebatur mentalis confessio facta soli Deo quia Deus nundum erat homo, sed postquàm Deus homo factus est requiritur ab homine quòd confessio sibi tanquàm homini fiat. Et quia ipse in forma humana nobiscũ ubiq; præsẽs esse non potest uicarios suos constituit homines quorum primus Petrus & cæteri apostoli ac consequenter sacerdotes quibus ipse dixit quoscũq; & in. d. uersi. in euangelio de pe. di. 1. dicitur quibus nimirum exẽplis euidentissime dicitur intelligi q̃ ille quem grauioris culpæ macula inficit nisi cõfessione proprij oris uel ecclesiæ intercessione suffragante sanari non poterat. Hinc pænitens qui prius tacendo peccata flagellari meruit postea correptus dicebat, quoniã tacui inueterauerunt ossa mea dum clamarem tota die. Hinc Christus ex persona membrorum ait nõabsor- 9. Auctoritas.

beat me profundum neq; urgeat super me puteus os suum, quod Augustinus exponit dicens, Puteus est humanæ iniquitatis profunditas in quam si cecideris non claudet super te os suum, si tu non clauseris os tuum confitere ergo & dic. De profundis clamaui ad te domine psal. 129. Et euades claudet super illum dominus qui in profundo contemnit à quo mortuo uelut ab eo qui non est perit confeßio. hinc etiã propheta ait. Introite portas eius in confeßione ostendẽs ad portas misericordiæ nõ nisi per confeßionem peccati aliquando posse attingere. Hinc etiam beatus
10. Auctoritas Ioannes Baptista & saluator noster exordium prædicationis suæ a pænitentia sumpserũt, dicentes. Pænitentiam agite appropinquat enim regnum cœlorum ostendentes ad regna cœlorum neminem poße attingere nisi primum per penitentiam Deo curauerit satisfacere. Hinc etiam in actibus Apostolorum legitur quòd credentes ueniebant ad Apostolos annũtiantes actus suos ex his omnibus facile monstratur sine confeßione nullum posse ueniam promereri, & hinc Leo papa ait. Sufficit penitenti confeßio quæ primum domino offertur. Deinde sacerdoti qui pro delictis pænitentiam præcator accedit .c. sufficit de pe. distin. 1. & ibi Archi. dicit Deo offertur per contritionem sacerdoti quo ad ostendendum peccatũ esse dimissum nec hoc excludit operis satisfactionem si adsit facultas, ex præmißis igitur diuinis auctoritatibus. liquido patet confeßionem eße de iure diuino

11. Auctoritas. Actuũ 4.c. & c. dilectissimis. 12. q.

& esse necessarium quod fiat per os peccatoris sacerdoti qui licet habeat sacrum, ut prædictum est, tamen est homo, quem latent secreta cordis & solus Deus est scrutator cordium, scrutans corda et renes Deus Hiere. 7. c. tua in fi. de Simo. & Deus cor interrogat & non manũ. c. si quid inuenisti. 14. q. 5. per me allegatis in libello quē edidi de thesauro ecclesiæ circa fi. Hoc approbat Augusti. in lib. de pænitentia transumptiue de pe. di. 1. c. quē penitet quē (inquit) penitet omnino peniteat & dolorem lachrimis ostendit repræsentet uitam suam Deo per sacerdotes præueniat iuditiũ Dei per cõfeßionem. Præcepit. n. dñs mundandis ut ostenderent ora sacerdotibus docens corporali præsentia confitenda esse peccata, non per nuntium nec per scriptum manifestanda. Dixit enim ora mõstrare & oēs nõ uniũ p oibus, nõ aliũ statuatis nuntium qui per uobis offerat munus a Moyse statutũ sed qui per uos peccastis, per uos erubescatis. Erubescentia enim ipsa partes habet remißionis ex miseriordia enim hæc præcepit dominus ut neminē pæniteret ĩ oculto. in hoc enim quòd per se ipsum dicit sacerdoti & erubescētia uincit timorē offensi uenia sit criminis uenia sit criminis. Fit enim ueniale per cõfeßionē q criminale erat operatione & si non statim purgatur fit tñ uitale qd' cõmiserat mortali. Multũ n. satisfactionis obtulit q erubescētiæ dominãs nihil corũ quæ cõmiserit nuntio Dei denegauit. Deus .n. qui misericos est & iustus sicut conseruat

Hieremiæ.

Ecclesiasticæ effectus.

misericordiam in iustitia, ita iustitia est misericordia. Opus enim est misericordiæ peccanti peccata dimitteri sed oportet ut iustus misereatur iuste. Oportet enim ut non solum quid sed in quo doleat cōsyderet. Si dignus est non dico iustitia sed misericordia. Iustitia enim sola damnat sed dignus est misericordia qui spiritualia labore petit gratiam. Laborat enim mēs patiendo erubescentiam, & quoniam uerecundia magna est pœna qui erubescit pro Christo fit dignus misericordia, unde apparet quia quantum pluribus cōfitebitur in spe ueniæ turpitudinem criminis tanto facilius consequitur gratiam remißionis. Ipsi enim sacerdotes plus possunt proficere plus confitentibus parcere. Quibus enim remittunt, remittit dominus Lazarum enim de monumento iam suscitatum obtulit dominus discipulis soluendum, & per hoc ostendens potestatem soluendi concessam sacerdoti. Dixit enim quodcunq; ligaueris super terram soluetur & in cœlis. hoc est ergo Deus & omnes cœlestis militiæ ordinis & omnes sancti in gloria mea laudant uobiscum & confirmant quos ligatis & soluitis non dixit quos putatis ligare aut soluere sed in quos exercueritis opus iustitiæ aut misericordiæ. Alia autem opera uestra in peccatores non cognosco, quare qui confiteri uult peccata ut inueniat gratiam quærat sacerdotem scientem ligare & soluere, ne cum negligens circa se extiterit negligatur ab illo qui illum misericorditer monet & petit ne ambo in foueam cadāt

quam stultus euitare noluit. Mat. 15. & Mar. 7. Archi. memorandum dictum non omitto in c. die tu de pe. di. 1. is refert Chrisosto. dicentem quòd confessio est salus animarum restauratrix uirtutum discipatrix uitiorũ expugnatrix demonum. Quid plura obstruit os inferni portas aperit paradisi & Augustinus ad hæremitas sermone. 31. Nolite (inquit) timere confiteri peccata o fratres. Nam illud quod per confessionem scio minus, scio. Illud autem quod scio cur times confiteri peccata, peccator est qui audit peccata sicut & tu & forsitan maior, homo est nihil differt a me Nihil alienum habet a me cur ergo times o homo peccatum peccatori confiteri? elige quod uis si non confessus lates inconfessus damnaberis. Ad hoc Deus exigit confessionem ut liberet humilem. Ad hoc damnat non confitentem ut superbum puniat in æternum. O sancta & admirabilis confessio sine te iustus reputatur ingratus tu sola necessaria es peccatori o illibata confessio. Hæc enim tantũ profuit latroni ac si fuisset per Christum crucifixus.

Vtrum autem Papa subiaceat. d. constitutioni. Omnis utriusq; sexus? Hosti. in summa de pe. & re. §. cui confitendum sub. §. cui papa. primo arguit quod non. quoniam superiorem non habet. Immo tenet locum Dei uiuentis. c. unico. §. 1. uersi. porro ut ecclesia bene. & de transla. præla. c. quanto & c. præcedenti. Nec uidetur quòd penitentia egeat. Quis enim sanctum dubitet esse quem apex tantæ dignitatis

Vtrũ papa subiaciat. d. c. omnis utriusq; sexus.

attulit in quo si desint bona per meritum acquisita sufficiunt quæ a prædecessore testantur aut enim claros ad hæc fastigia erigit aut qui eriguntur illustrat secũdũ Simachũ.40.di.nõ nos sed certe peccare põt papa & grauius cæteris quia secũdũ Grego.quanto gratior tãto casus grauior est de peni.di.2.principiũ secundum Grisosto.40.di.homo christianus & secũdum Ala.25.q.1.c.nulli fas ubi dicitur quod grauiora delicta facit sublimitas peccantium et secundũ Io. non sanctorum filij sunt qui tenent loca sanctorum sed qui exercent opera eorum secundum Grego.40.di. c.non est facile &.c.nos qui, & secundum sanctum Bonifatium. Si papa malus fuerit licet multos populos se contrahat tamen ipse cum diabolo apud inferos perpetuo cruciabitur.40.di.Si papa & secundum Simacum.Non habebit apud Deum de allegationis nitore subsidium quando ipsorum sanctorum utetur teste quo & iudice. Nam & ab eo cui plus committitur plus exigitur.9.q.3.c.aliorum. unde et Anastasius quia Achacium hæreticum occulte reuocare uoluit diuino iuditio percußus fuit, nam dum assellare intestina emisit.c.Anastasius cum gl.ult.19. distin.Dicunt autem aliqui quod sufficit si confiteatur Deo,sicut tenent Græci de pe.di.1.c.ulti. Alij dicunt quod episcopo Hostien.qui ipsum consecrat.unde superior est ar.93.di.c. dominus noster, & expræßius de elec.uenerabilem.§.1.Est enim regulariter alij dicunt quod Cardinalibus qui proculdubio

Gregorius.

Bonifatius Papa.

uice metropolitani fungũtur.23.di.in nomine dñi dicas quod poteſt ſibi eligere confeſſorem quem uoluerit.Nam in contentioſa iuriſdictione hoc receptum eſt.2.q.5.c.mandaſtis & c.auditum eſt.2.q.7.Nos ſi incompetenter & .§. cum Balaam multo fortius in uoluntaria poteſt ſe ſubmittere cuilibet ſacerdoti quia quantum ad hoc unuſquiſq; ſacerdos catholicus tenet locum Dei uiuentis,& loco Dei poteſt abſoluere pænitẽtem.c.abſit.11.q.3.de pæ.di.3.inter hoc hæreticũ.1.& .2.50.diſt.de his & ſic in foro pæniten tiali factus eſt papa minor & confeſſor maior iuribus præallegatis pro hoc facit quod papa hæreticus eſt minor quolibet catholico ut eſt gl.not in.c. Achatius.prima.24.queſtione.1.Et hoc etiã innuit Griſoſto.40.diſtinctione multi ſacerdotes & ad hoc.c. ne pro dilatione de pæniten. & remiſſio. hæc ſunt uerba Hoſtien.in.d.ſub.§.Cui papa ex quibus colligitur papã teneri cõfiteri ſacerdoti peccata ſua ſecũdũ diſpoſitionẽ.d.c.oĩs Io.An.ĩ.d.c.oĩs.et.c. ſignificaſti de fo.cõpe.dicit ꝗ mẽs.d.c.oĩs ligat papã cũ ipſe peccet & debeat confiteri peccatum & ſit ſubiectus iuri diuino,ſed dominus Abbas in.d.c.omnis.6.colum. uerſi.ex his ſoluitur dicit melius dicen.ut prædixit quod ex diſtinctione præcedentis quæſtionis elicitur deciſio quæ eſt utrũ cõfeſſio ſit de iure diuino & tũc in dubio tenetur cõfiteri ar.in.c.ſunt quidã. 25. q.1.ſed nõ ligatur uerbis.d.c.oĩs ut teneatur cõfiteri tẽpore ſtatuto in.d.c.oĩs uel petere ab alio licẽtiã cũ

ipse non sit alicui subiectus & par in parem nō habeat imperium.c.innotuit de elec.& ego addo.c.inferior.21.di.ff. de arbi.l. nam magistratus. ff. ad trebel.l.ille a quo.§.tempestiuum & hoc forte uoluit Io.An.*cum dixit quòd mens.d.c.omnis ligat quasi dicat non uerba.d.c.aut confeßio est de iure positiuo etiam si ex dicto* Iacobi.*Confitemini alterutrum peccata & c.*Et *tunc papa non arctatur,quia maiorem potestatem habet papa quàm* Iacobus *apostolus cum ille non fuerit papa.* Et *esto quòd fuisset papa,* Tamen *par in parem non habet imperium &c.* Sed *ex alia ratione putat papam teneri in dubio confiteri,quia hæc confesßio saltem est inducta ex generali traditione ecclesiæ & concernit uniuersalem statum ecclesiæ contra quem papa non potest uenire.* Cum *ab omnibus summis pontificibus sicut ab alijs christianis latinis hæc institutio fuerit communiter accepta ad hoc.c.si.illa prima quæstione.*7*.quod nota. in.c.literas de resti.spol.&.*25*.quæstio.*1*.c.quæ ad perpetuam.& ideo dicit glo.in.c.sane el.*2*.de offi. de lega.quòd papa potest ligari a sacerdote cui confitetur seu se subijcit in cōfesßione, & hæc ideo quia ille in hoc actu est maior papa, cum ille sit spetialis uicarius* Dei *in illo actu.* Papa *uero sit generalis.*

Papa i actu suæ confessionis non est censendus papa sed persona priuata.

Item *in illo actu non tenet locum papæ, sed censetur persona priuata & licet sit papa non tamen habet licentiam seu potestatē peccandi.*40*.di.c.*1 *ego addo. c.legitur.*24*.q.*1*.facit.l.*3*.ff. de offi. præsi. unde in*

c.dilectus

c. dilectus de exces. præla. bene dicunt doc. papam nõ posse compellere sacerdotem ad reuelãdum quæ sunt sibi dicta in confessione seu pænitentia, quia in illo actu est maior papa. Idem tenet But. Io. de Imo. & præceptor meus in canonibus Alex. ne. in. c. 1. 13 col. uers. Idem dicit But. de constitutio. Et ibi etiam Feli. 10. colum. uers. septima & ultima. & Io. de Imo. ibi dicit inter alia quòd licet papa male faciat non seruando in sua persona. d. c. omnis tamen non ligatur pæna ibi imposita, quia ipsi non uidetur subiectus quia est pæna iuris positiui. Sed Alexander. ne. Ibidem dicit, Aduertendum an papa quia non confitetur nec sumit eucharistiam hoc est corpus Christi singulo anno peccat mortaliter, & putat q. sic & hoc est quòd uult dicere Hosti. Io. An. & But. equitas enim naturalis ipsum astringit ad obseruandũ illa quæ uult ab alijs obseruari. poterat ad hoc allegare illud Catonis patere legem quam ipse tuleris. c. cum omnes de constit. & Christus prius cæpit facere & postea docere actuũ. 1. c. et dixit exẽplũ dedi uobis ut quemadmodũ ego feci. Ita & uos faciatis Io. 13. Nec debet quis alijs legem imponere quã ipse negligit obseruare. c. pro illorum de præben. & c. 1. 16. q. 1. grauius. n. peccat papa nõ cõfitẽdo & recipiẽdo corpus Christi singulo anno quã alij ut præmissum est. Idem tenet Alex. ne. consilio eleganti edito cõtra Iudeos incipiente opere nunc prætium. 6. col. in fi. Ad hoc ego allego quòd dignitas aggrauat peccatum capit.

c.cum quidam cum multis concor. ibi allegatis in gl. de iure iurã. sed si quæritur an ipse incurrat pænam d.c.omnis.§. ut priuetur ingresu ecclesiæ uel careat ecclesiastica sepultura & dicendum est q̃ nõ quia est pæna iuris positiui. Et q̃ papa non possit uenire uel disponere in his quæ concernunt statum ecclesiæ ego allego & addo ad predicta.d. Ab.in.c. quæ in ecclesiarum.5.colum.uers. Item limito quòd ubi ex mandato de consti. & in.c.ad hæc ulti.colum. uersi. & generaliter de rescriptis & in sua disputatione Episcopus.13.&.19.colum. & in.c.significasti.2. colu. de elec. & Ludo. Ro.cõsilio.499. Incipiẽte omnipotentis Dei postulato suffragio in præmissa consultatione. 1. colum. Et hoc modo dicit concordare opiniones doc. Et addo etiam.d. Do.in. c. iustum in fi.8.dist.qui dicit q̃ licet papa non ligetur.d.c. omnis obligatur tamen ex eius naturali equitate & ob hoc si non seruat dispositionem: d. c. omnis peccat mortaliter. Addo etiam Bal. & Alexan.Ne. in .c. dilectus.4.colum.uersic.7.not.de ap. qui dicunt q̃ etiam Papa submittit se confessori et si confessor sentit papã dubitare de papatu quòd potest eidem mandare ut cedat papatui si non potest conscĩetiam suam saluare. Et hoc facit sacerdos ex uirtute & potestate clauiũ quæ est maior quã potestas papæ quãdo est in aduerso subiecto quia papa faciẽdo peccatũ seruus est peccati. C. de sen. pas. l.ulti. & ego allego Io. 8. & ad Roma.7. Dicens Alexan. Ne. bene not. hoc

Si confessor sentit papã dubitare se iniuste electum potest mandare eidem ut renunciet papatui addo not. in. c.1. de renun. in 6.

dictum Bal. ex quo habetur quòd confessor papæ in actu confeßionis est maior ipso papa quia potest ei iniungere pœnitentiam & mandare quòd renuntiet papatui, si aliter conscientiam suam saluare non potest. Idem dicit de quocunq; alio cõfessore quia quilibet confessor in actu confessionis est maior papa: adeo quòd non debet reuelare peccatum auditum in confessione etiam hoc sibi papa mandante ut dicunt Hostien. & doc. in. c. dilectus de exces. præla. Idem tenet Bal. in. l. est receptũ. ff. de iuris. om. iudi. ad prædicta faciunt quæ habentur in. c. si sacerdos de offi. ordi. Bar. tamen Bellen. in addi. ad. d. Ab. in d. c. omnis. 5. colum. in prin. dicit se credere papam teneri recipere corpus Christi in festo pascatis per ea quæ scribit. s. Tho. 4. sen. di. 9. q. 1. ar. 1. circa fi. ubi dicit quòd susceptio corporis Christi de se nõ est de necessitate salutis, sed de ordinatione ecclesiæ, homines obligantur secundum statutum ecclesiæ corpus Christi summere semel in anno. De quo dicto dubitare me facit auctoritas Io. 6. c. sic inquientis. Ego sum panis qui de cœlo descẽdi si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in æternum. Et panis quem ego dabo caro mea pro mundi uita. & infra amen amen dico uobis nisi manducaueritis carnem filij hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis uitam in uobis. Qui manducat meam carnem & bibit meũ sanguinem habet uitam æternam, et ego resuscitabo eum in nouissimo die, transumptiue in. c. cum marte. 1. col.

uersi.sic ergo.de cele.mis. Pondero ego uerba si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in æternum. A contrario ergo sensu qui non manducauerit non uiuet in æternum argumentũ a cõtrario sensu ualidißimum est de iure.c.cum apostolica de his quæ fi.à præla.c. à nobis el.2.de sen.exco. Et clarius infra nisi mãducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem non habebitis uitã in uobis qui man.m. car. & bi.m.san.habet uitam æternam & ego re. eũ in no.die. Magna tamen est auctoritas.S.Tho.sed maior Io. euangelistæ referentis uerba Christi saluatoris,unde cogitandum est super hoc dicto.Addo etiam q̃ not.Alex.ne.in.d.c.1.13.col.uersi.tertius casus de consti.referens But.& Io.de Imo. Ibidem tenẽtes q̃ Papa & Imperator astringuntur uoto & iuramẽto suo & sua promißione. Nec ab illis stante uinculo potest papa se ipsum absoluere ut not.15.q.6.c. auctoritate & de uoto non est ubi dicit glo. in uerbo adimplere q̃ papa non potest in uoto dispensare sine causa & q̃ si dispensat peccat,& ille cũ quo est dispensatum non est tutus quo ad Deum & in foro cõscientiæ licet quo ad ecclesiam militantem presumi debeat ex iusta causa dispẽsatũ fuisse. Quã glo.dixit singularem.d.Ab.in.c.significasti.5.col. circa prin. de elec.et idem tenet Inno.in.c.cũ inter.p. de renun. Et idem dicitur in iuramento ut papa nõ poßit absoluere a iuramẽto sine rationabili & iusta causa ut est glo.singula.in.c.quanto in uerbo absolui de iure

Papa & Imperator astringuntur uoto suo & iuramẽto ac promissiõe sua.

iuran. Et Io. de Imo. in. d. c. 1. dicit q̧ etiam si causa subesset non posset papa se ipsum absoluere, sed debet alteri cōmittere ut eum absoluat ar. in. c. ulti. de insti. & quod not gl. in. d. c. sane el. 2. de offi. de le. Ex quo infertur cōclusio q̧ in casibus ĩ quibus nō potest papa inferiorē absoluere a uoto de iuramento nō poterit etiā absoluere semetipsum, nec alij cōmittere absolutionē ubi aūt posset aliū absoluere, poterit cōmittere alteri ut ipsum absoluat. Idē tenet. d. Ab. ĩ. d. c. quanto. 4. col. uers. ex quo infero de iure iurā. ex p̄missis Alex. ne. in. d. c. 1. 13. col. uers. & ex his post But. de cōsti. infert ad quæstionē papæ Grego. 12. qui ante papatū ꝑmisit iurauit & uouit renūtiare papatui ꝑpter sedandū scisma qđ durauit annos. 30. q̧ tali uoto & iuramēto & ꝑmissioni fuerat astrictus cū etiā subesset causa rationabilis seu naturalis quæ obligabat ipsum ex charitate quā tūc habere debebat ad gregē Christi & ut scisma tolleretur, qđ faciliter tolli nō poterat, & per hoc dicit q̧ si stabat p eū tāto plus peccabat quāto diutius scādalizabat populū Xp̄i malis exēplis allegat gl. not. ĩ. c. ad apostolicæ ĩ uerbo deierauit de re. iudi. ĩ. 6. quæ dicit piuriū eē grauißimū crimē ĩ quolibet maxime ĩ prĩcipe et p̄lato cū eorum facta ab alijs trahūtur ĩ exēplū. c. magno de uoto, ideo grauius puniūt. c. ꝑcipue. 11 q. 3. unde extāt uersus Iuuenalis quos allegat gl. ĩ. c. 2. ĩ uerbo tāquā de trāsl. p̄la. oē aĩ uitiū tāto cōspectius ĩ se. Crimē hēt, quāto qui peccat maior habetur, et idē

An Papa possit se ipsum absolue re subsistēte causa uel potius alii absolutionem committere

Historiā de Grego. 12.

tenet Alex. Ne. in. c. sicut. 2. 3. not. de iure iuran. d. Abbas in. c. inquisitioni de sen. exco. & Feli. in. c. si quando glo. sua super sederi de rescriptis & . d. Do. in. c. placuit. 18. de referentes, idem factum de Gregorio papa ut præmissum est. Idē tenet. d. Do. in. c. inferior. 2. colum. uersi. Itē cum fallit regula in simplici sacerdote. 21. di. dicens quòd quilibet sacerdos simplex in foro pænitentiali est maior papa, & ita dicit procedere glo. in. d. c. aliorum. 9. q. 3. & glo. in. d. c. sane, & rationē aßignat glo. in. c. dilectus de exceſ. prælato. Quia iudex in foro pænitentiali fingitur delegatus Dei. d. c. si sacerdos de offi. or. Ergo ea ratione Papa est inferior sacerdote. Ego addo aliam rationem, quia cum papa sit uicarius Christi. d. c. 2. & . c. quanto de transla. præla. c. unico ut ecclesia bene. cum concor. supra allegatis. Debet imitari Christum, qui cæpit facere & postea docere Actuum. 1. Nec uenit soluere legem sed adimplere Mat 5. & exemplum dedi uobis ut quemadmodū ego feci ita & uos faciatis Io. 13. Et descendi de cœlo non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me patris Io. 6. Voluntas autē Christi uerisimiliter est ut papa eius uicarius imitetur ipsum Christū qui in omnibus ab incunabulis usque ad mortē legē semper seruauit incipiendo a circuncisione, nā die octauo ab eius natiuitate iuxta dispositionem legis Gene. 17. fuit circuncisus Lucæ. 2. & postquàm impleti sunt dies purificationis Mariæ secun-

Papa debet imitari Christum cū sit eius vicarius.

dum legem Moysi tulerunt Iesum in Hierusalem ut sisterent eum domino. sicut scriptum est in lege domini et ut darent hostiã secundũ quod dictũ est in lege dñi Leuiti.12. & .15.c. in fi. par turturum aut duos pullos columbarum Lucæ. 2. licet beata uirgo non teneretur aliquid offerre quia erat adeo pauper ut ei non esset locus in diuersorio & pepererit in præsepio ouium Lucæ. 2. Et Christus dicat uulpes foueas habent & uolucres cœli nidos, filius autem hominis nõ habet ubi caput suum reclinet Lucæ. 9. & quia domini est terra & plenitudo eius Exo.13. & .19. in prin. psal.23. & . 88.c. tua nobis de deci: 1. ad Corin.10. Pauperes autem non tenebantur aliquid offerre secundum legem Moysi ut dixit Nic. de lyra. Luc.2. in uerbo & ut daret tamen legẽ Moysi seruare uoluit ut præmissum est. Et sepeliri in lintheis cum aromatibus, sicut mos est iudeis sepelire Io.19. Quinimmo uoluit parere edicto Cæsaris ut describeretur uniuersus orbis. Nam ostendit Ioseph cum Maria prægnante a Galilea ut profiteretur cũ alijs Luc.2. & solueret tributũ licet non tenerentur Mat.17.c. in fi. & ibi Ni. de lyra allegat rationes, ut retuli in libello de pontifitia potestate. Postea sciẽs Iesus quia iam omnia consumata sunt ut consumaretur scriptura dixit sitio & consumatum est, & inclinato capite in signum obedientiæ emisit spiritum. Ioan.19.c. Et dixit non enim ueni soluere legem sed adimplere Mat.5. Papa ergo imitãdo uestigia Christi

Ex præmißis liquido patet confeßionem eẽ de iure diuino & per consequens etiam Papã teneri ad illius obseruantiam sicut quilibet alius christianus. Quinimmo grauius peccat non obseruando. d. c. oĩs quã alij, quia scandalizat alios ex non obseruatione dãdo malum exemplum, sint lucernæ ardentes (inquit Christus) in manibus uestris Lucæ. 12. c. quis sanctus de pe. di. 1. & si unctus qui est papa peccauerit faciet populum delinquere. & quod à prælatis agitur facile ab alijs trahitur in exemplum. d. c. magnæ 1. colum. de uoto. Saluare autem potest opi. gl. de pe. di. 5. in summa & .d. Ab. in. d. c. omnis qui illam sequitur ut quo ad corticẽ uerborũ & formã traditã ab Inno. 3. in concilio sit de iure positiuo, sed quo ad medulam mentem & materiam subiectam & contenta in eo auctoritatibus præallegatis est de iure diuino. Nec obstat q̃ Io. glosator cuius est . d. glo. summæ non ignorauerit diuinas auctoritates contra suã glo. allegatas, quod constat quia illas glosauit unde uerisimiliter non ignorauit, & quòd. d. Ab. d. glo. secutus fuerit: Quia respõdetur q̃ licet quasdam auctoritates de præmißis glosauerit, non tamen omnes & insuper quandoq; bonus dormitat Homerus inquit Horatius in arte poetica & glo. in. c. quamuis 32. q. 7. & Io. An. in. c. ulti. de procur. Et quot capita tot sententiæ. c. sicut in sacramentis de cons. di. 4. & uariæ sunt hominum uoluntates. ff. ad trebel. l. quia poterat & homines ad dissentiendũ faci-

les sunt. ff. de arbi. l. si unus. §. principaliter et diuersitas corporũ seq̃t diuersitatẽ aĩorũ, et q̃a diuersitatẽ ĩ pri. de cõ. p̃bẽ. et gl. 1. ĩ. c. sup literis de rescrip. Nec esset rep̃hẽsibile sed cõstitutionẽ. d. c. oĩs diuinam appellaremus tũ pp eius subiectã materiã q̃ tota diuina ẽ cõcernẽs salutẽ aĩarũ iuribus et auctoritatibus supra copiose allegatis. Tũ q̃a facta ĩ cõcilio rite cõgregato dicunĩ facta a deo ut tenet Io. an. ĩ. c. rursus ĩ prin. q. cle. ul. no. Itẽ sa. sino. aprellat. §. fac. san. 22. di. et iuribus alijs p me alle. ĩ libel. de põ. po. et maxime Fel. ĩ. c. sup literis d'rescri. et q̃ religiosis adhẽrẽt religiosa sũt. l. q̃ religiosis. ff. de rei uen. Sed pulchrũ ẽ sciscitari an Græci teneãtur ad obseruãtiã. d. c. oĩs seu ligẽt. d. c. Et prĩo uideĩ dicẽdũ q̃ nõ q̃a ipsi nõ admiserũt. d. cõstit. c. oĩs sicut nec illã de cõtinentia ut refert, et uideĩ tenere. d. gl. ĩ sum. de pe. di. 5. et d. Ab. ĩ. d. c. oĩs. 5. col. uer. extra gl. dicẽs q̃ græci nõ peccãt nõ utẽdo cõfeßiõe cõsitẽtur. n. soli deo secrete ut etiam habet de pe. di. 1. c. ul. sicut nõ peccãt utendo matrimonio, quia continentia est de iure positiuo & ipsi non admiserunt illam constitutionem. c. nicena. 31. distinctio. & c. cum olim de cle. coniu. Præterea Græci seu ecclesia orientalis non admittit seu non recipit canones ut est glo. not. in. c. de libellis in uerbo communicatur. 20. distinctio. unde non subiacent. d. constitutioni omnis.

An Græci teneãtur ad dictum. c.

In oppositum autem uidelicet q̃ Græci subiaceãt d. cõstitutioni et ligẽtur. d. cõstitutiõe oĩs facit primo

quia papa qui est solutus legibus et apud eum est pro ratione uoluntas insti.de iure natu. gen. & ciui. § sed quod principi placuit, & est Deus in terris, ut est glosa not. in. c. inter corporalia in uerbo uicē Dei de transla. præla. & copiose dixi in libello de pontifitia potestate circa prin. §. diuini numinis & beatißimæ uirginis et est supra ius. c. significasti de elec. c. proposuit de con. præben. i. subiacet. d. constitutioni multis diuinis auctoritatibus superius proxime allegatis uersi. Vtrum autem papa multo fortius Græci sunt subiecti. d. constitutioni, & ligantur. d. constitutione sicut omnes alij utriusq; sexus qui ad discretionis annos peruenerit, q̃a sũt de ouili de quo dicitur fiet unum ouile & unus pastor Io. 10. & q̃ græci dicuntur & sint de dicto ouili est op. tex. in. c. ultimo de bap. & quòd ecclesia græcorum sit subiecta Romanæ ecclesiæ est op. tex. in. c. rogamus. 24. q. 1. & de summa trinitate & fide catholica. c. 2. de homi. in. 6. c. pro humani. in autē. de ecclesia. ritu in prin. ubi confunduntur græci nolentes subesse papæ & . C. de summa trinitate & fide catholica. l. ultima qui tex. est Græci imperatoris, his addi potest glo. 11. quest. 1. magnum, & secunda quæstione sexta ad Romanam. 22. distinctione. c. de Constantinopolitanæ & . c. sequen. & . c. renouantes, & sunt subiecti legi diuinæ à qua nemo est exemptus, nec est qui se abscõdat a calore eius psal. 18. quia domini est terra, & plenitudo eius or. terra. & uni. qui ha. in eo psal. 23.

cum cōcordantijs ꝑallegatis: Et ipse Deus uult oēs saluos fieri.1.ad Cor.2.& inscriptio paßionis Dominicæ erat scripta Hæbraicæ Græce & Latine Io.19.significans mortem Christi omnibus nationibus esse communem maxime dictis tribus quarum media erat græca: Et est pars turpis quæ suo non conuenit uniuerso.c.ultimo de spon.duo.c.quæ contra.8.distinctione.c.nolite.11.distinctione.c.1.12.di.c. cum non liceat in principio de præscrip. Nec obstat q̄ Græci non administrant continentiam de qua in dicta constitutione nicena trigesimaprima distinctione & .c. cū olim de clericis coniuga. quia dicta iura.repugnant & aduersantur instinctui naturali teste Vir.3.Geor.

Omne adeo genus in terris hominumq; ferarūq;
Et genus equoreum pecudes,pictæq; uolucres
In furias ignemq; ruunt amor omnibus idem

Et.4.Aene.in prin.

At Regina graui iandudum saucia cura
Vulnus alit uenis & cæco carpitur igni.

Cum hoc concordat insti. de succes.subla. & si quāt pauper.fecis.di.& pauci inuenti sine hoc uitio, inquit textus in.c. quia sanctitas tua.l. di. & Paulus uas electionis, datus inquit est mihi stimulus carnis qui me collaphizet.2.Cori.c.12.c.si Paulus.32.q.5.& Hieronymus dicit crebra in hoc pugna rara uictoria,ideo apostolus dicit melius est nubere quàm uri.1.ad Corin.7.& Abraam,Isaac,Iacob et quasi omnes patriarchæ. Et Petrus principes Apostolorū

& Lucas euangelista habuerunt uxores ut recensit in libello de pon. potesta. §. Diuini numinis ac beatissimæ semper uirginis 3. folio unde res de facili reuertitur ad naturam suã. c. ab exordio. 35. di. illa autem ratio seu instinctus naturalis qui est in coitu nõ est in confeßione, immo potius oppositum uidelicet repugnantia naturalis seu sensualis appetitus maxime est exponendo & confitendo delictum & turpitudinem suam, quod non fit sine erubescentia non parua adeo q. si non esset infernus qui factus & cõstitutus est propter peccata punienda, nullus confitẽretur sed timore pænarum infernalium fiunt confessiones. Diuersitas ergo rationum coitus & confessionis tollit instantiam ut non sit, idẽ ius in uno quòd in alio iuxta not. in. c. translato de consti. 5. dist. ad eius uero. 4. di. deniq;. 16. q. ulti. & quod diximus cum alijs cõcor. allegatis in ult. glo. in. d. c. trãslato.

Non obstat quòd ecclesia orientalis non admisit canones. d. c. de libellis. 20 di. quia illa admißio debet intelligi de canonibus positiuis siue humanis conditis ab hominibus uidelicet summis pon. & concilijs ut est glo. not. in prohæmio cle. in uerbo iuris humani & in. c. 2. in uerbo uidelicet de priuil. in. 6. qui tamen ligant omnes. c. 1. & c. ulti. de consti. cum concor. ibi allegatis secus & multo fortius in diuinis qualis est. d. c. omnis de quo loquitur, quo ligantur omnes utriusq; sexus iuribus præallegatis & qui eũ spernit spernitur ab eo qui illos condidit Lucæ. 10.

& .c.in nouo.21. distin. & iam iudicatus est, sicut princeps huius sæculi Io.14.&.16.

Non obstat non esse mutãda quæ lungã interpretationem & obseruantiã habuerunt.l.minime.ff. de legi.quia illud debet intelligi de interpretatione non cõtraria iuri diuino uel naturali quæ iura equiperantur insti.de iure na.gen.& ciui.§.sed naturalia & de legi.agna.tu.in fi.quia diuturnitas tẽporis nõ minuit peccatũ sed auget, & tanto grauiora sunt peccata quanto diutius infelicem animã detinent alligatã c.ulti.in prin.de consue.&.c.cum haberet de eo qui dux.in ma.quam pol.p adul.c.cũ in ecclesia de simo. et nulla cõsuetudo q̃ potius dicẽda est corruptela, cõtra ius diuinũ uel naturale præualet, etiam si omnes homines de mundo facerent ut est glo. multũ not. in d.c.ulti.de consuetu.allegat.c.flagitia.32.q.7.cuius ignorãtia neminẽ excusat.1.q.4.§.not. & nihil interest in uitio decipere uel decipi. 16.q.1. Si cupis & qui ignorabitur.1.ad Corin.14.in fi.27.di.§.ut ita quæ &.1.q.4..§not. & quod confessio sit de iure diuino & liget etiam Græcos ad obseruantiam d.c.omnis reperio Petrũ de mõte Episcopũ Brixiẽ. in suo repertorio in uerbo græcus circa fi. uersi. an græci obligẽtur ubi dicit se tenuisse Græcos teneri ad obseruãtiã.d.c.oĩs cõtra gl.sũmæ de pe.di.5.& se alias fecisse multas allegatiões qbus patet cõfeßionẽ esse de iure diuino tẽpore quo ad p̃sentiã dñi Eugenij papæ.4. natione Veneti uenerant Imperator

& Patriarcha Constantinopolitanus subijcientes se obedientiæ suæ & sanctæ Romanæ ecclesiæ & fidē catholicam una nobiscum cognoscentes in qua Deus omnipotens illis det perseuerare in perpetuum, De qua re plurimum mihi gratulor et gaudeo quòd alterum Petrum & summæ dignitatis & ill.iurisconsultum repererim conuenisse cum opinione mea antequàm ipsum legissem uidelicet confeßionem esse de iure diuino & ligare etiam græcos quod etiam tenet Host. in summa de p. & re.§.quis debet confiteri uersicu. & breuiter ubi dicit hæc tria esse in præcepto scilicet contritio confeßio & satisfactio allegat multa iura inter alia de confeßione tre.c.2. Effundere sicut aquā cor tuum psal.effundite corā illo corda uestrā Iaco.5.Confitemini alterutrum pec.5. De satisfactione uero legitur Mat.3.facite dignos fructus penitētiæ.Item hæc omnia præcipi intelliguntur a domino cum dicit,Agite pænitentiā &c.Prima scilicet contriti dona est confeßio melior satisfactio optima de pæ.di.3.c.perfecta & .d.5.consyderet, unde non excusantur Græci quòd nō admiserint.d.c.omnis ,nec continentiam iuxta.c.nicena.31. distinctione & .c. cum olim de cleri. coniu. quia sacri canones ligant omnes.d.c.1.& .c.ultimo cum concordantijs,ibi allegatis de constit.multo fortius si sunt fundati super diuinis auctoritatibus ut sæpius dictū est, & a Christo sit dictum si uis ad uitam ingredi serua mandata Mat.19.& beati qui audiunt uerbum Dei & cu-

studiunt illud Lucæ . 11. Et in lege ueteri postquàm Deus dedit legem filijs Israel dixit eis: Audi Israel mandata mea & ea serua in corde tuo & dabo tibi terram fluentē lac & mel. Leui. 19. c. 1. §. hoc unguēto de sac. un. a contrario sensu non seruantes mādata seu trāsgrediētes in peccatis suis moriētur et mittētur in tenebras exteriores ubi fletus et stridor dentiū Mat. 8. et. 22. maxime Græci q̄ de cætero nō potuerunt pro se tueri nec excusare quòd pro se habeant glo. summæ & d. Ab. in locis præallegatis, quia ex pluribus auctoritatibus diuinis supra relatis cōstat dictam opinionem esse notorie iniquam & reprobatam cui si inniti noluerunt grauius punientur & patebit uas electionis apostolum Paulum bene & uerum scripsisse ad Titum. 3. uidelicet Græcos semper mendaces malas bestias uentris pigros & Virg. 2. Aene. & crimine ab uno disce omnes. Cessabunt autē hæc male de eis dicta si. d. c. omnis seruauerint ut seruant catholici Christiani & bene de fide sentiētes.

Sed an Papa posit cum alijs dispensare ut non teneatur confiteri homini Archi. de pe. di. 5. circa fi. refert sanctum Thomam tenentem quòd non sed locū dicti sancti Thomæ non allegat Bar. autem Bellen. in addi. ad d. Ab. in d. c. omnis. 2. colum. in prin. allegat locum uidelicet Tho. 4. sen. di. 16. q. 3. ar. 1. circa fi. quia papa sacramentorum necessitatem nec imponere nec tollere potest noua sacramenta instituendo, quia sacramenta sunt ex diuina institutione dispēsare An Papa possit dispensare cum aliquo, ut non teneatur cōfiteri singulo Anno.

tamen potest ex tẽpore scilicet ut differat ultra annũ pro hac opinione quod papa non potest aliquid disponere uel uenire contra concernentia uniuersum statum ecclesiæ iuribus supra allegatis in uersi. utrũ autem papa, & addo quod idem tenet Ludo. Rom. consilio.380. incipiente omnipotentis Dei postulato suffragio quæstio est nunquid & Feli.in.c. si quando glo. sua dicta per ipsum tex de rescrip. & Io. Zoc. in d. repeti. d.c. omnis.5. folio.1. facit uers. nec papa & potest per concilium resisti papæ in. d. casu, Sicut Paulus resistit Petro in faciem ad Gal.2.c. qui contempta.8.di. & tenent doc. in locis præallegatis est enim papa subiectus peccato sicut quilibet alius & nulla dignitas a peccato excusat ut dicit But.in.d.c. omnis & bene. Nam Christus non dedit Petro potestatem peccandi.40.di.c.1.24.q.1. ligãtur peccaret autem papa dispensando cum aliquo ut non teneatur confiteri, quia faceret contra diuinas auctoritates præallegatas & contra.d.c.omnis. Item si papa tenetur ad obseruationem.d.c.omnis, nec potest se eximere ab huiusmodi subiectione iuribus præallegatis, multo minus potest dispensare cum aliquo, alio ut nõ confiteatur. idem tenet Alex.ne. in consilio suo cõtra Iudeos edito incipiente opere nunc pretium. 6. columna in fi. Qud autem d. constitutio omnis concernat uniuersalem statum ecclesiæ & dicatur lex diuina patet ex illis uerbis quæ sunt hæc uidelicet.

Omnis utriusq; sexus fidelis postquàm ad annos

discretionis

discretionis peruenerit omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti & iniunctam sibi pænitentiam proprijs uiribus studeat adimplere, suscipiens reuerenter ad minus in pasca eucharistiæ sacramẽtum, nisi forte de proprio sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab huiusmodi perceptione duxerit abstinẽdũ. Alioquin & uiuens ab ingressu ecclesiæ arceatur et moriens christiana careat sepultura, unde hoc salutare statutum frequenter in ecclesijs publicetur ne quisquàm ex ignorantiæ cecitate uelamen excusationis assumat. Si quis autem alieno sacerdoti uoluerit iusta de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet & obtineat a proprio sacerdote cum aliter ipse illum non possit absoluere uel ligare sacerdos autem sit discretus & cautus ut more periti medici superinfundat uinum & oleum uulneribus sauciati diligenter inquirens & peccatoris circunstantias & peccata quibus prudenter intelligat quale debeat ei præbere consilium & cuiusmodi remediũ adhibere diuersis experimentis utendo ad saluandum egrotum. Caueat autem omnino ne uerbo uel signo aut alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorem, sed si prudentiori consilio indiguerit illud absque ulla expreßione personæ caute requirat. Quoniam qui peccatum in pænitentiali iuditio sibi detectum præsumpserit reuelare, non solum a sacerdotali offitio deponendum decernimus, uerum etiam

ad agendam perpetuam pænitentiam in arctum monasterium detrudatur. Ecce quòd hæc constitutio concernit uniuersalem statum ecclesiæ maxime per illam dictionem omnis positam in principio constitutionis. Qui enim totum dicit nihil excludit. capit. si Romanorum. 19. distinctione capit. solitæ de ma. & obedien. & ibi glo in uerbo tanquam. Si enim electio de qua in toto titu. de electione extra & in 6. & cle. dicitur concernere uniuersalem statum ecclesie ut tenet Ludouicus Roma. consilio. 499. incipiente omnipotentis Dei implorato suffragio in præmissa consultatione prima columna in fine multo fortius confeßio quia de maiori præiuditio & numero agitur quam electione cum agatur de salute animarum omnium hominum quo nihil maius nihil grauius. Dici etiam debet diuina constitutio quia facta super duobus sacramentis uidelicet confeßionis pænitentialis & sacratißimi corporis Christi. De sacramentorum autem interpretatione dispositione administratione Decreto spectat solummodo ad Papam, non autem ad alium, nec ad alios apostolos, nec sanctus quia Christus non dedit potestatem prædictis apostolis aut sanctis sed tantum Petro, ut est bonus textus in cap. per uenerabilem qui filij sint legit. Et tenet dominus Abb. in cap. tua nos. 3. notand. de deci. & Petrus de Anca. in disputatione sua incipiente antiquis & modernis temporibus. 10. colum. & dixi in libello

de pontifitia potestate.§.Diuini numinis & beatissimæ semper uirginis.i.charta.2.facie.& sequen.ubi inter alia retuli quòd licet matrimonium sit de iure diuino.ca. de uoto in .6. cum alijs similibus ibi allegatis. Tamen summi pontifi. multa impedimenta adiecerunt dirimentia contracta & impedientia contrahenda matrimonia. Ex præmißis igitur liquido constat papam non poße dispensare ut quis non teneatur confiteri iuxta capit. omnis utriusque sexus.

Sed opere pretium est sciscitari quare confeßio fuerit instituta breuiter glo.in.d.c.perfecta in uerbo fructifera de peni.distin.1.quam refert & sequitur.d.Ab.in.d.c.omnis penulti.col. uersic. qualiter dicit illam institutam fuisse quia in ea tria reperiuntur contraria et opposita peccato. Nam in peccato est impudētia,operis perpetratio,et delectatio. Confeßio opponitur impudentiæ contritio,delectationi, pænitētia seu satisfactio operis perpetrationi, sicut in arte medicinæ cōtraria contrarijs curātur de pe. di.2.c.1.Et Seruius egloga.2. in uerbo alia serpillū refert ple. dicentem egrotationes curari simili uel contrario.Idem tenet Archi.in.d.c.perfecta licet.d. Ab.illū nō alleget.d.Ab.addit aliā rationē forte p̄missis nō inferiorē.Immo secūdū eū tenere primariū locū quæ elici pōt ex tex.d.c. per uenerabilem in fi. Nā peccator maxime simplex nescit discernere qualitatē peccati nec distiguere inter leprā et leprā.unde Quare confeßio sit instituta.

uidemus multos peccare per ignorantiam, & minus existimare peccatum quàm sit ideo fuit utile & quodammodo necessarium adire iudicem animarum qui facit discernere peccata & condignam pænitentiam peccatis confessis iniungere sed melius dixisset do. Abb. Iuditio meo dicere adire medicum animarum qui est sacerdos, quia Christus dixit. Non est opus medico bene ualentibus sed male habentibus Matth. 9. & Lucæ. 5. & Marci. 2. secunda quæstione. 1. multi de pæniten. distinctio. 1. c. ecclesia in fi. & discernere lepram a lepra ut præmittitur non conuenit Iudici, sed medico. Quod medicorum est promittunt medici tractant fabrilia fabri, inquit Horatius. Aliam & quintam rationem ego addidero forte non prædictis inferiorem quæ est erubescentia. Nam uerisimiliter multi abstinent a peccatis memores se teneri confiteri peccatum cum maximo rubore quo sublato liberius & facilius peccarent teste Horatio lib. 1. ep sto.

Oderunt peccare boni uirtutis amore
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Notabile dictum.

Quos uersus allegat glo. in. c. eum qui uerbo formidine de præben. in. 6. & alia iura. Vnum notabile dictum nõ omitto quòd proprius meus sacerdos existens in alieno territorio potest me subditum absoluere de peccatis etiam in alieno territorio commissis ut tenet Bar. Bellen. in addi. ad dominum Ab. in dicto. c. omnis circa prin. quod dicit esse singulare

dictum Io. de Imo. in cleme. dubium. 12. colum. super glo. in uerbo auditur de sepul. quod perpetuo dicit esse menti tenendum. Et idem ad literam dicit Archidia. tenere in. c. placuit circa princi. de pæniten. distinctio. 6. ad prædicta faciunt not. in. c. nouit de offi. lega. Aliud notabile dictum refert Bar. Bellen. ibidem. 2. colum. referens beatum Thomam in. 4. senten. distinctio. 3. ar. 5. circa me. ubi dicit quòd institutio ecclesiæ quòd saltem semel in anno sumatur corpus Christi fuit necessaria. Quia cum in quotidiana pugna simus uita spiritualis in nobis euanesceret nisi aliquando uitæ cibum sumeremus.

Tertium notabile dictum est quòd licet sacerdos cui confiteor sciat peccatum meum, tamen teneor illud confiteri, quia quamuis sciat peccatum ut homo, nescit tamen ut uicarius Christi, ita determinat san. Thom. in. 4. sententia. distinctione. 17. quæstio. 3. ar. 2. ante me ut refert Bellen. in addi. ad dominum Ab. in. d. c. omnis. 3. colum. in fi.

Quartum notandum est quòd in casu necessitatis licet confiteri peccata sua laico uel ab ecclesia præciso, glo est in. c. pastoralis. §. 1. de offi. or. & ibi late per But. & glo. in. c. a nobis el. 2. in uerbo non potuit de senten. excommu. & est bonus textus in. c. quem pænitet de pæniten. distinctione prima. c. sanctum est de conse. dist. 4. Et hoc casu tenetur non reuelare peccatū sicut sacerdos ut tenet dominus Ab. in. d. c. omnis ulti. colum. uersic. ex his infertur, Nec

agi per superiorem ut supra dictum est.

Quintum notandum est nemo potest confiteri sine licentia proprij sacerdotis alteri sacerdoti ut tenet dominus Ab.*in.d.c. Quòd autem circa prin. de p enitẽn. & remis. & ibi etiam* Bar.Bellen *in addi. 2. colu.quod intelligit nisi immineat articulus necessitatis. Quia tunc absolui potest a quocunq; non solum a peccatis sed etiam ab excommunicatione a quocunq; sit lata ita determinat sanctus* Thom. *in 4.senten. distinctione.20.q.1.ar.1. post me &* Bar. Bellen.*in loco supra scripto.4.colum.* Idem *inuenio tenere* Archidia.*in c.si præsbyter.26. q. 9. immo isto casu dicit talem sacerdotem non incidere in sententiã ex cõmunicationis si episcopus illã ꝓmulgasset in absoluentem alienum* Parochianum *uel ministrantem ei ecclesiastica sacramenta.*

Sextũ not. per generalẽ confeßionẽ remittuntur peccata mortalia, sed si qs postea de illis recordat̃ debet iterũ cõfiteri hoc dicit Bel.*Ibidẽ de mẽte.s.*Tho.
Septimum notandum homo aliqua dispensatione uel uisione humana non potest absolui a præcepto confeßionis hæc sunt uerba Bar.Bellẽ. *Ibidem qui allegat.s.*Tho.*4.sen.di.21.q.3.ar.1.ultra me. & hoc addendum ad ea quæ dixi in uers.sed an Papa.*

Nonum notandum ille qui est confeßus eo anno in festo resurrectionis dominicæ si moriatur contritus sine confeßione erit in statu salutis seu saluationis licet tẽpore mortis habuerit copiam sacerdotis pro,

confeßione. Dūmodo hoc non omiserit ex contēptu hoc tenet Bar.bel.ibidē.5.col.uers.col.6. Nā frater Bonauentura. & dicit ita determinare.s.Thom. 4. sen.di.17.q.3.ar.1.ulti.col.quod dicit esse menti tenendum quia est aurea decisio.

Decimū not.ille q cōfeßus est ī festo resurrectionis dn̄icæ et intēdit tēpore debito cōfiteri ī futuro gaudet priuilegio uel bn̄ficio īdulgētiarū cōceßarū uere pænitētibus et cōfeßis. Dūmō habeat cōtritionē etiā absq; cōfesſiōe hoc tenet.d.Ab.ī.d.c.penul.col.uer. et ex his et ī.c.de hoīe.2.col.et ī fi.gl.de cele.mis. & Bar.bel.ibidē.5.col uer.ī uers.ex his allegat.s.Tho. 4.sē.di.20.q.1.ar.5.circa me.ubi dicit q īdulgentia cōceßa in forma cōi uidelicet uere cōfeßis et cōtritis nō ꝓdest existētibus ī peccato mortali si āt fieret cōicatio ꝑ hūc modū facio te participē ministeriorū totius eccl'æ uel unius cōgregatiōis uel unius spiritualis ꝑsonæ tūc dicit q poßet ualere aliqbus ad merendū illi q ē ī peccato mortali. Vndecimū not.sacerdos q ī cōfeßiōe sibi facta scit futurū homicidiū uel aliud maleficiū si alias sciat peccatū puta qa uidit illud cōmitti tenet reuelare nec peccat reuelādo ut occurrat malefitio hoc tenet Inno.ī.d.c.oīs cir.fi.et Ni.de li. Mat.18.ī uerbo dico uobis qcūq; alli. ubi dicit q si peccatū ocultū fuerit ī ꝑiuditiū cōmunitatis ut si qs tractat ꝑdere patriā hostibus uel si qs hæreti. corrūdat fidelē correctio secreta nō ē expectāda sed ꝓlatodenū.ut poßit tali ꝑiculo obuiare et ꝑcauere,et iudi.

de similibus est habendum, & dicit dominus Abbas in dicto capit. omnis ultima columna quòd peccatum non dicitur detectum in pœnitentia. Tum quia peccatum non est commissum, sed committendum, tum quia confitens non habet contritionem. unde sacerdos quantum licet caute debet reuelare ut peccatum impediatur, quod dicitur intelligendum quando omnino decreuisset perpetrare delictum huiusmodi secus si eum pœniteat, pro hoc ego allego illud Catonis.

Quod nosti factum non recten oli silere
Ne uideare malos imitari uelle tacendo.

Et sacri canones interpretantur delinquentis & facinorosis qui cum poßint manifesto facinori desinũt obuiare. §. in uersic. non est grandis & . c. sequen. 83. distinctione cap. pasce. 86. l. necare. ff. de liagno. c. quante de senten. excom. Et ita uidetur peccare omnis qui non defendit alium si potest. 23. q. 3. non inferenda & . c. ultimo. c. sicut dignum uersiculo, ille autem de homi. & si non potest aliter defendere saltem clamore defendat. ff. ad sylla. l. 2. §. hoc autem.

Duodecimum notandum, quòd dictum amico in pœnitentia non ligat amicum quin si astrictus sit in testem poßit ut testis dicere ueritatem. Tum quia amicus non est sacerdos. Tum quia non dixit sibi tanquam ministro Dei cum petitur absoluo a peccato. Ita tenet Inno. & dominus Ab. in dicto capit.

omnis in fi. & ibi Bar. Bellen. Idem dicendum de illo qui iurauit non reuelare secretum ut poßit testificari, quod dictum Innocen. dicit esse singulare dictum domini Abb. in. c. qualiter & quando el .1. in fi. de accusa. idem tenet. d. Ab. in. c. ult. de testi. cogen. & in. c. dilectus de exceß. prela.

Tertiumdecimum notandum est quòd si sacerdos qui audiuit confeßionem producitur in testem potest cum bona conscientia iurare se nihil scire quia adducitur ut homo in testem & ipse scit ut Deus, hoc tenet Bar. Bellen. in addi. ad dom. Ab. in. d. capit. dilectus de exceß. prela. Referens san. Tho. in 4. senten. di. 2.. quæstio. 3. ar. 1. ultra medium, & ego addo quod hoc tenet Io. de Ana. c. significasti. 3. not. de adulte. & Bal. in. c. si sacerdos de fi. de offi. ord. & si excommunicarentur scientes & non reuelantes non ligaretur sacerdos hoc casu, ut dicit Ioan. de Anania in dicto capit. significasti.

Ad scripta Martini Lutheri de confeßione quā auricularem appellat non expedit respondere, quia nihil allegat erubescimus sine lege loqui, inquit Imperator in. l. illam. C. de colla. l. ultima. C. unde ui. §. consyderauimus in auten de tri. & se.

Scripsi (Deo propitio) quid sentiam de confeßione pænitentiali uidelicet illam diuinitus institutam cupidus salutis animarum innumerabilium penè fidelium qui peruerso & diabolico Martini Lutheri dogmate decepti in præcipitium ruunt et asti-

stigias paludes & tartara a spiritibus immitendis trahuntur. qua in re si in aliquo defeci rogo lectorem & auditorem fraterna charitate suppleat.
Paratus enim sum ab anniculo edoceri
24. quæstione. 3. c. si habes colum. 2.
Et pro peccatore Petro dominicam
orationem & angelicam salutationem ad Deum effundat
ut a lapsu eum custodiat
& ad uitam perducat æternam ubi
cum beatis æuo
fruatur sempiterno.



LAVS DEO.

158

INDEX RERVM NOTABILIVM IN HOC OPERE CONTENTARVM.

A.

B.

C.

FINIS.